eſt cōſanguinitas ꝯtra matrimoniū pōt altera pars publicatis atteſtatōibus
impꝛobare cōſanguinitatē: ut in caſu huiꝰ. c. cū agit̄ de falſitate pꝛioꝝ teſtiuz
ut dictū eſt. idē eſſet in alio impedimēto. ſ. e. ex tenoꝛe. uel ſic pōt exponi in
hoc caſu. i. cū aliter agit̄ vno iudicio ⁊ aliter in alio. ſ. e. ueniens. ⁊. c. cū cām
que inter economū. tn̄ ſi teſtis dicat ꝯtrariū in ſcḋo iudicio ei qḋ dixit in p̄n
cipio non ualet dictuz eius: ut hic colligit̄. ⁊. ſ. de ꝓba. ꝑ tuas. ar. ad hoc. j. de
pꝛeſump. litteras. alia tamē expoſitio melioꝛ eſt.
b Conſtitutis. non teneri. ⁊ ita iuramentuz tale etiā nullum eſt ipſo iure
q̄uis uideat̄ poſſe ſeruari ſine interitu ſalutis eterne: ⁊ ideo ſeruādū
uidet̄: ſed in ueritate non eſt ſeruandū: qꝛ expedit peccata nocentuz nota eē
ff. de iniur. cum qui. quia ⁊ in iudicio ueritatē occultare moꝛtale peccatū eſt

poeterꝙ in criminibus.xi.q.iii.quiſqs.j.de fal.c.i.⁊ ideo tale iuramentuꝫ illicitũ eſt.ſic habes.ſ.eo.intimauit.ubi de hoc.Et ſic pꝫ hic.⁊.c.intimauit ꝙ temerariũ iuramentũ non repellit aliqueꝫ a teſtimonio ſicut ſi repellit ab electione.j. de iureiuran.ſicut. io.

c ¶ Veriſimile.lꝫ preſumaẽ ꝙ iſtud fiat de uoluntate archiepi:non tamẽ hãc preſumptioneꝫ poteſt archiepiſcopus elidere .i. q.iii. q2 preſulatus. ⁊.j. de homici. petrus. io.

d ¶ Scrupulo.lxxxvi.di.culpam.⁊.lxxxiii.di.error.⁊.xxiii.q.iii.qui poteſt.

e ¶ Sanctiones.ut.C.de poſtu.puidendũ.in fi.⁊.j.titu.pxi.puenit.⁊.iii.q.vii.§.tria v.ſi quis autem.b.

f ¶ Conſtitutis.actões.i.petitões. q2 nõ eſt inquirendũ cuiuſmodi actio intenteẽ.ſ.ð iudi.dilecti. ubi ð hoc.⁊.c.examinata.uel deſenſiones: qð melius eſt.

g ¶ Didicerint.⁊ ita ſi didiciſſent teſtificata vlterius nõ reciperent teſtes ſup iſto pceſſu cauſe matrimonialis. ſecus uidereẽ ſi ageret de conſanguinitate pbanda uel iprobãda uel alio impedimento: ut ſ.de pba.cãꝫ matrimonii.⁊.ſ.e.ſeries. ubi de hoc.

h ¶ Induxit. Sed nunquid ijdẽ teſtes poſſunt ſepius induci quouſqꝫ fuerint publicate atteſtatões:ita videẽ ut hic. ⁊.ſ.eo.cũ cauſaꝫ. ubi de hoc i glo.que incipit hec lra. ⁊ lꝫ ſm tenorẽ illius.l.C. de teſti.l.ulti.etiã poſt publicationẽ ⁊ tamen anteꝙ didicerit quis teſtificata poteſt pducere teſtes niſi renũciauerit pductioni.in auẽ.e.ti.§.q2 võ.col.vii. ꝙuis altera ps viderit atteſtatões:ut ibi dẽ.

i Licet ex quadã.inſtitutũ.xxxv.q.vi. de parẽtela.

k ¶ Valerent.ut.ff.de gradi.non facile.

l ¶ De auditu. niſi ſint graues perſone ⁊ aliquos uidiſſent in aliquo gradu pro conſanguineis ſe haberi: ut.j.e.ſequitur.

m ¶ Perſone. non intelligas graues appellari illos qui in dignitate ſunt cõſtituti. quia aliud eſt dignitas ꝙ grauitas:ut.iii.q.iii.§.item in criminali. v.in ſecũda lege. ſed graues dicuntur hic qui non ſunt leues: puta homo bone fame ⁊ opiniõis ⁊ antiquus homo:ſicut benemeritus diciẽ qui nondũ demeruit .ff. de lega.ii.cum pater.§. rogo ⁊.l.cum quidaꝫ. ⁊.ſ.de ſeru.c.vno.uel ſeniores hic appellantur graues ad quos recurritur deficiẽtibus teſtibus de parentela. xxxv.q.vi.c.i. ⁊ ſenibus in dubijs ⁊ antiquis factis maior fides adhibetur .ff.de fide inſtru.l.ulti.⁊.ff.famil.hercif.ſi que ſunt.⁊.ff. de lega.iii.ſi chorus .§.i.

n ¶ Motam.ſecus eſſet ſi poſt motã. tunc eniꝫ non admitterẽtur .

o ¶ Suis qui etiã aliis preferunẽ in cõſanguinitate cõputanda: quia ipſi melius ſciunt ſuã genealogiã.j.qui ma.accu.poſ.uideẽ. ⁊.xxxv.q.vi.c.i.⁊.ii. et non ab extraneis ſciunt:quia illi non ſunt ita.

p ¶ Ab vno. Quia ille non ſufficeret ⁊ omnes illi qui cauſam habent ab vno pro vno ſolo reputantur. argu.i.qõe.i.cito.ff.de conditio.⁊ demon. cui fundus.in fine.

q ¶ Ad minus debent audiuiſſe. Sed quid ſi illi duo audiuiſſent ab vno: non videẽ ꝙ valeat:⁊ ſcõm hoc iudex aſcenderet in infinitũ: hec queſtio nõ pcederet.ſufficit ergo ꝙ audierint a ſenioribꝰ ſuis de illa ꝯſanguinitate ⁊ ſi uellẽt teſtificari de eo qð audiuerunt a qbuſcũqꝫ aliis locum haberet obiectio.Item ⁊ ſi plures eſſent teſtes ⁊ quilibet eorum audiuiſſet ab alio quam

Si quis autẽ de cõſãguineis dicti archiepi aliquẽ de teſtibꝰ preſũpſerit ĩpedire. q2 veriſimile nõ uideẽ ut eo iuito talia fierẽt: ⁊ ob hoc nõ caret ſcrupulo ſocietatis occulte: eo ꝙ ſi noluerit:potuerit pbibere cũ ſm legitias ſãctiões ſiquã oſtẽdãt ſe cãm fouere: ⁊ experiri dẽat iudicis auctoritatẽ eluſã qui defenſionis copiã ſubtrahit aduerſario eundẽ archiepiſcopũ ab officio põtificali ſuſpẽdas: ⁊ facias monere ſuſpẽſũ donec illũ fecerit a tali preſũptiõe ceſſare. Idem magdeburg.ar. ⁊ prepoſito ſeburg.

Conſtitutis in preſẽtia noſtra pcuratore.a.ſororis nobiliſ viri marchiõis miſſũ. ⁊ nũcio illuſtris pĩcipis bohemor: ⁊ infra. Pragẽ.epi.ad petitionẽ eiuſdẽ pĩcipis ipſa uolẽte ad ipſũ accedere:ut ſuas corã eo pponeret actiões: ſꝫ a ſatellitibꝰ eiuſdẽ pbibita qui ei bis uel tertio pbibuerũt ingreſſũ:pꝰ ap.ad nos ĩterpoſitã diuortij ſniaꝫ pmulgauit:a qua ipſa fecẽ ad nrãꝫ pñtiã puocari.et ĩfra. Mãdamꝰ quatenꝰ ptibꝰ ad locum idoneũ ꝯuocatis: ẽcipiatis teſtes: quos uel nobilis ipſa p ſe uel princeps p pte ſua cũ nõdũ teſtificata didicerit: ſup pceſſu pragẽ. epiſcopi uel poſteriorũ iudicum duxerint pducẽdos. ⁊ nobilis ipſa p ſe uel teſtes quos induxit priꝰ uel alios ſi uoluerit inducere nõ ueteẽ cũ nõ renũciauerit teſtibꝰ pducendis.

Idem in concilio generali.

Licet ex quadam neceſſitate preter cõmunẽ formã olim fuerit inſtitutũ in cõſanguinitatis et affinitatis gradibꝰ cõputãdis ualere teſtimoniũ de auditu cum ppter breuẽ hominũ vitã teſtes de uiſu deponere nõ ualerent uſqꝫ ad gradũ ſeptimũ cõputãdo: quia tñ pluribꝰ exẽplis ⁊ ceteris experimẽtis didicimꝰ ex hoc multa pericula cõtra legitiã puẽiſſe cõiugia: ſtatuimus ne ſup hoc recipianẽ decetero teſtes de auditu: cũ iam quartũ gradũ pbibitio nõ excedat: niſi forte pſone graues extiterint: quibꝰ fides ſit merito adhibẽda ⁊ ante litem motã teſtificata didicerint ab antiquioribꝰ quidẽ ſuis: nõ unqꝫ ab uno cũ nõ ſufficeret ille ſi uiueret: ſꝫ duobus ad minꝰ. nec ab ĩfamibꝰ ⁊ ſuſpectis: ſꝫ a fide dignis ⁊ omni exceptiõe maioribꝰ: cũ ſatis uidereẽ abſurdũ illos admitti quorũ repellerẽtur auctores. Nec tñ ſi uniꝰ a pluribꝰ uel infames ab hominibꝰ bone fame acceperũt quod teſtantur: tanquã plures: ⁊ idonei teſtes debẽt admitti: cũ ſm ordinẽ ſolitũ iudiciorum nõ ſufficiat uniꝰ teſtis aſſertio: etiã ſi preſidiali preſulgeat dignitate ⁊ actus legitimi ſint infamibꝰ interdicti. Teſtes aũt huiuſmodi pprio iuramẽto firmãtes ꝙ ad ferendũ teſtimoniũ in cã ipſa odio amore timore uel ꝯmodo nõ procedãt: pſonas expreſſis noibꝰ uel demonſtratione uel circũlocutiõe ſufficiẽti deſignẽt: ⁊ ab utroqꝫ latere ſingulos gradus clara cõputatione diſtinguãt: ⁊ in ſuo nihilominꝰ iuramento cõcludant ſe accepiſſe a ſuis maioribus quod deponũt ⁊ credere ita eſſe. Sꝫ nec tales ſufficiant: niſi iurati deponãt ſe uidiſſe pſonas uel ſaltẽ in uno predictorum graduũ cõſtitutas pro cõſanguineis ſe habere: tolerabilius eſt enim aliquos contra ſtatuta hominum dimittere copulatos quam cõiunctos legitime contra ſtatuta domini ſeparare

Honor. tertiꝰ prepoſito moliſij firmañ. dioc.

Per tuas nobis litteras intimaſti: ꝙ cum cauſa que ſup quibuſdam terris uertitur inter canonicos ſancti petri ex parte una. et.g. ſancti ſimonis ex altera: tibi fuiſſet ab apoſtolica ſede commiſſa dictus.g. tribus menſibus poſt teſtium publicationem elapſis teſteẽ ſuos interrogari poſtulat iterato: et infra. Nos igiẽ reſpõdemꝰ illũ nõ eſſe ſup hoc decetero audienduꝫ: niſi forſan a pĩcipio illos

alter:nõ valebit teſtimoniũ:niſi quilibet illorum audiuiſſet a pluribꝰ a duobus ad minus vel niſi oẽs ipſi cõiũctim audiuiſſent a duobꝰ: ⁊ ita ẽ hic arg.ꝙ ille nõ dꝫ admitti cuiꝰ auctor repelliẽ:ſicut ſcripta illa non debent recipi:cuius auctor reprobatur infra de hereti. fraternitatis arg.ꝯ.j.qui.ma.ac. poſ.cum in tua. ſed illud locum hꝫ i accuſatore: hoc in teſte.io.

r ¶ Auctores.ar. ꝙ infamia nõ inducit purgationeꝫ que ab inimico actore vel a leuibus pſonis pceſſit.xi.q.i.i cũctis ⁊.j.de accu. qualiẽ ⁊ qñ.ii.io.

ſ ¶ Legitimi: q2 pſonis vilibus: ⁊ indignis porte dignitatis nõ debent pateẽ. j.de exceſſi.prela.inter dilectos.⁊.C.ð digni.neqꝫ famoſi. lib.xii.⁊.C. ð infa.l.vna li.x.⁊.ar.xxii.queſtione.v. preceptũ.b.

t ¶ Demonſtratiõe. ſic.ſ.e.quotiens.et infra de ꝯſangui.et affini.tua nos. ⁊.ſ.e.cum in tua.

u ¶ Gradus. Sꝫ nũquid teneẽ pbare ð ſtipite: nõ. q2 ð illo nõ reperiẽ cautũ: ſꝫ tãtũ ð lateribꝰ: ut.ſ.e.ſeries. ⁊ canõ ponit frẽs p ſtipite.xxxv.q. vi.c.i.⁊.c. parẽtele.ſufficẽ ḡ icipe a fratribꝰ.j.ð ꝯſan. ⁊ affi.tua. Sꝫ quid diceẽ ſi qdã teſtes pbãt ð vno latere: et alii pbãt de alio latere tãtũ: nũqd pbata ẽ hec ꝯſanguinitaẽ. Io.dixit ꝙ talis pbatio ſufficit: ⁊ lꝫ pbat taliẽ: ſi pbatur ð martino ꝙ ſit filiꝰ Io.p cõſequẽs pbatur ꝙ Ioãnes eſt pater martini. Iteꝫ ſi alii teſtes pbant ꝙ bertha eſt filia ioannis: per conſequens probaẽ ꝙ ioannes ẽ pater berthe. Cum ergo iudici conſtet ꝙ ioannes eſt pater martini: iteꝫ conſtat ei ꝙ eſt pater berthe. ergo cõſtat ei ꝙ martinus ⁊ bertha ſũt frater ⁊ ſoror: ⁊ ſic probata eſt conſanguinitas illorum: hoc concedebat io. ⁊ ita nõ ſemper requiritur ꝙ teſtes ab vtroqꝫ latere notam habeant conſanguinitatem. Item ſi quis vult improbare conſanguinitatem. ſufficit ꝙ interrumpat primum gradum.ſ.c.ſeries. Sed hoc non credo: nec diſcedo ab hac littera ⁊ ab illis iuribus que dicunt ꝙ ab vtroqꝫ latere teſtes debẽt computare conſanguinitatem ar..xxxv.q.vi.de parentela. ⁊.ſ.eo. quotiens. ⁊.j.de conſanguinitate tua.⁊.ſ.e.cum in tua.

x ¶ Vno. ſiue ppinquo ſiue remoto.

y ¶ Per tuas. audiendum. cum atteſtationes ſunt publicate: nõ ſunt teſtes amplius interrogandi: quia timeretur ſubornatio teſtium. in auẽ.eo.ti.§.quia vero.colla.vii.⁊.ſ.e.fraternitatis.⁊ ideo cum non poſſint teſtes noui induci: nec iterrogationes alique ſunt faciende.ut.ſ.e.c.iii.ſ.conſtitutis. ante aperturam teſtium bene poteſt teſtis iterum dicere ⁊ etiam corrigere dictum ſuum: dum tamen incontinenti.j.ti.pxi.preterea.⁊ iudex ex officio ſuo etiam

poſt aperturaꝫ teſtiū: ſi teſtis obſcure protulit teſtimoniū ſuū: pōt interrogare iteꝝ teſtē. j. eo. cū clamor. ⁊. ff. de interro. ac. ubicūq̄ꝫ. Sed hic loquiꝛ cū pars plura capitula dedit ſup quibus petiit ab initio teſtes interrogari. Et ſi negligenꝛ uel malicioſe iudex omiſit nō debet illi obeſſe malicia uel negligētia iudicis: vnde iterū debēt deponere ſup illo articulo.

z Et interrogari. imo uideꝛ ꝙ de iure mero iterū ſunt examinādi non obſtāte publicatōe cū ſit aliud capitulum ab illis ſup quibus publicatio facta eſt. ſ. e. cauſā que. ⁊. c. cū veniſſet. ſup illo vero articulo ſup quo teſtes recepti ſunt nulle interrogatōes eis publicatis ſūt faciēde: niſi iudex ex officio ſuo ut dixi illas uiderit faciēdas. quidaꝫ h̄ faciūt de ꝯſuetudine ēt ad petitioneꝫ partiū ſed illa ꝯſuetudo ꝯ ius eſt. b.

a Licet dilect[9]. ꝓponebat. qd̄ ei licebat ſm̄ tenorē illiuſ decre. ſ. e. preſentiū. ⁊ ſꝫ ea que ibi dicunꝛ: niſi ei termin[9] ſtatutus fuiſſet infra quē h̄ facere debuit. ſ. de pba. licet.

b Quos ſi. ſ. illos qui inducti fuerūt ab vtraq̄ꝫ pte ad reꝓbādos teſtes ſup pncipali ꝓductos. Iſta littera ſic itelligiꝛ vtraq̄ꝫ ps produxerat teſtes ſup pncipali: dr̄ ſi vtraq̄ꝫ ps vult iprobaꝛ teſtes iductos ꝯ ſe ſup principali illud facere pōt: ⁊ hec ē ſecūda ꝓductio teſtiū facta ꝯtra pncipales ab vtraq̄ꝫ pte. Itē ſi pars altera uł vtraq̄ꝫ vult reꝓbaꝛ teſteſ iſtos ſecūdo iductos ad reprobationē principaliū: illud pōt. ⁊ ſic eſt tertia ꝓductio ad reprobationē teſtiū ſecūdo loco inductoꝝ. ultra vō ad quartā reprobationē aſpirare nō licet ꝑpter infinitatē vitandā: ſicut vltra tertiā ꝓductionē quarta dilatio non eſt danda. j. e. vltra infinitas eni eſt vitāda. ut. C. de ſacroſan. eccle. ut inter diuinū. et ut ſit licitū finis. ff. ꝓ ſocio. l. ulti. ff. de arbi. nō diſtinguem[9]. §. queſitū. ⁊. ſ. de do. finē. ff. de lega. iii. fideicōmiſſa. §. ſi quis decē. ⁊. C. de iudi. apertiſſimi. alias nō uideꝛ ꝙ poſſit intelligi qui alteri uideretꝛ fieri iniuria: puta ſi actor tantū induxit teſtes ⁊ reus uelit eos reprobare ꝯ reū debet audiri: ⁊ ita eſt ſecūda ꝓductio. Itē ſi actor vult reprobare teſtes rei audiri debet: ⁊ hec eſt tertia ꝓductio: ⁊ ſic non licet reo ulterius ꝓducere ⁊ ſic remanet reus inferior in reprobatōe ⁊ h̄ bene colligiꝛ ⁊ imputet ſibi ꝙ non ꝓduxit teſtes in pncipali ꝑ quandā decre. ex cōpilationē miſſaꝫ archiepo rotbomagen̄. ſuper quadā cauſa que vertebaꝛ inter abbatē ⁊ cōuentū ſancti nicolai andagauen̄. ex vna pte: ⁊ priorē ⁊ conuentū de ſplaldig. lincon̄. dioc̄. ex altera. abbas qui fuit actor ꝓduxit teſtes ſup pncipali negocio: prior ⁊ cōuentus admittunꝛ ad reprobandos teſtes abbatis productos ſuper principali negocio: ⁊ abbas admittitur ad reprobandos teſtes partis aduerſe inductos ad reprobationē teſtiū abbatis: ⁊ vltra non procediꝛ ad aliquaꝫ productionē: que decre. incipit: preſentiū: ⁊ ponitur in iſto titulo. vterq̄ꝫ eniꝫ actor ⁊ reus duas tantū debet habere reprobationes: ⁊ hoc cuꝫ vterq̄ꝫ ꝓduxit teſtes ſup pncipali negocio: in quo caſu loquiꝛ hec decre. b.

ĩterrogari[z] ſup certis capitulis poſtulaſſet: idq̄ꝫ malicioſe uel negligenter fuerit pretermiſſū. Idem uell. oleti ⁊ ſacramenie abbatibus palentine ⁊ ſegobien̄. dioc̄.

Licet dil. f. n. l. tituli ſacte crucis preſbyter cardinalis quē ꝓcuratorib[9] burgien̄. epiſcopi et clericoꝝ ſancte marie de caſtro ſoret dedim[9] auditorem: ea que procuratores ipſi ꝓponere uoluerūt audiret diligenter: quia tñ ꝓcurator dicti epiſcopi contra perſonas teſtium productoꝝ in pricipali adhuc ſe uelle deponere ꝓponebat[a] ⁊ infra. Mandamus quatenus recipiatis teſtes quos cōtra pſonas predictorū ſuper principali negocio ptes duxerint ꝓducēdoſ quos ſi rurſus ps altera uel utraq̄ꝫ uoluerit ꝑprobare: contra illos probationes admittere ꝓcuretis[b]: ita ꝙ ultra nō licet ptib[9] ad reprobationē teſtiuꝫ aſpirare: ne ſi ꝓducendi quartos contra tertios: ⁊ ſic deinceps ptib[9] licētia tribuatur: negocium diutius protelari contingat.

Idem preposito ⁊ magiſtro .g. ⁊ .r. lodon̄. canonico.

Preſētata nob ſueſſion̄. archi. petitio continebat: ꝙ cum inter quondam .r. predeceſſoreꝫ ſuū ex una parte ⁊ capitulum ſancti .p. ſueſſion̄. ex altera ſup iuriſdictiōe quā idē archi. ſe i dicta eccleſia ratione archidiaconatus proponebat habere: queſtio uerteretur: tādem cancellarium pariſien̄. ⁊ magiſtros .r. remen̄. ⁊ .p. briton̄. canonicos ſuper hoc arbitros elegerūt: qui cū ſuſcepto arbitrio adeo in negocio proceſſiſſent: ꝙ productis teſtibus ⁊ depoſitionibus publicatis. receptiſq̄ꝫ allegationib[9] utrorūq̄ꝫ ⁊ actis oibus redactis i ſcriptis ſigillorum ſuorum impreſſione ſignatis arbitriū proferre deberēt unus ipſorū uiaꝫ fuit uniuerſe carnis ingreſſus: ⁊ ali[9] in archiepūm[c] ebredun̄. aſſūpt[9] qui diſtat p. xij. dietas ⁊ āpli[9] ab eiſdē: unde cū predicto .r. ſolo[f] mīme arbitrari ualēte uideaꝛ arbitriū[g] expiraſſe diſ. v. mandamus quatenus cauſā iuxta hui[9] mōi acta[h] fine debito terminetis optiōe capitulo reſeruata ut uel recipiant depoſitiones eorū qui ſuperſint productorum teſtiuꝫ contra eos: uel eas reſpuentes cōſentiant: ut ijdem teſtes admittanꝛ iterū ſaluo iure quod in utroq̄ꝫ caſu[i] eidem capitulo ꝯpetit tam in pſonas teſtiū quā in dicta.

Idem pen̄n. epiſcopo.

Super nobis .a. preſbytero ſuplicāte inotuit: ut cū ipſe ordinū fratrū minoꝝ cauſa ꝓbatiōis itraſſet: cuſtos ad ꝓbandū ꝙ ideꝫ preſbyter feciſſet ꝓfeſſioneꝫ: quoſdā ordinis[k] ſui teſtes induxit: qui depoſuerūt ſuper hoc cōtradicēte[l] dicto preſbytero non iurati: ⁊ ifra. Reſpondemus ꝙ nulliuſ teſtimonio quātūcūq̄ꝫ religioſus exiſtat: niſi iuratus[m] depoſuerit: in alteri[9] preiudiciuꝫ debet credi.

Idē coriſopiten̄. ⁊ trecoren̄. epis.

Venerabili[n] .f. n. epō ⁊ capitulo coriſopiten̄. ac uniuerſ abbatibus apud ciſter. in generali capitulo cōgregatis: ⁊ infra. Diſ. v. mādam[9] quaten[9] teſtes quos abbas ⁊ mōachi ſcī martini ciſter. ordis ſup uita ⁊ miraculiſ pie memorie .m. abbatiſ mōaſterij ſupdc̄i duxerit ꝓducēdos: examiaꝛ ſigillati[o]

c Preſentata. in archiepm̄. vnde non debeat cōpelli ſententiā dicere. ff. de arbi. non diſtinguemus. §. ſacerdocio. ⁊. l. licet. ⁊. ff. de vaca. mu. l. pretor. i. ꝛñ. in fine.

f Solo. nec etiā cū altero niſi ex forma cōpromiſſi hoc facere poſſēt. nā cū in tres cōpromittiꝛ non poſſunt duo tertio mortuo uel abſente iudicare niſi hoc incōtinēti in cōpromiſſo ſit actū. ff. de arbi. pedius. in fi. ⁊. l. itē ſi vnus. §. itē ſi plures. ⁊. §. ul. et. l. ſicuti. et. l. nō diſtinguem[9]. §. cū in plures. et. ſ. de offi. dele. vno delegatoꝝ. ⁊. j. de teſta. rainutius. ⁊ c. rainaldus. ſic etiā in delegatis. ſ. ꝺ offi. dele. cāꝫ mrionii. et. c. vno. et. ff. de re iudi. duo. her.

g Arbitriū. i. cōpromiſſuꝫ. cōpromiſſuꝫ eni ꝑ mortē alterutri[9] arbitroꝝ expirat. ſ. de offi. dele. vno. arbitriū nō poſſꝫ expiraꝛ qꝛ nō latū erat.

h Acta. ſic pꝫ ꝙ teſtes recepti corā arbitro valēt in iudicio. hoc eſt ſimpliciꝛ verū de his q iā ſunt mortui: de aliis qui viuūt eſt in optiōe illius ꝯ quē inducunꝛ: ut depoſitiones eoꝝ admittat uel eis repulſis ijdē teſtes iteꝝ ꝓducātur: ut hic dicit. et. C. ꝺ teſti. l. ul. ſaluo iure obijciēdi tā in pſonas teſtiū q̄ in dicta uel i vtroq̄ꝫ caſu: ut in. d. l. vnde ſumptū eſt qd̄ hic dr̄. et ideꝫ C. de arbi. l. pe. in fi. et. ſ. e. cām que inter archiepm̄. ar. ſed ibi alius articulus eſt. b.

i Caſu. ſ. cū vult atteſtatōes illoꝝ qui ſupſunt ratas habere: uel ſi vult ꝙ iteꝝ ꝓducūꝛ vtroq̄ꝫ iſtoꝝ caſuū pōt obiicere in pſonas eoꝝ uel dicta Sꝫ nūquid in pſonas coꝝ q mortui ſunt: credo ꝙ poſſit obiicere: ut dixi. ſ. ut li. nō cōte. quoniā. ⁊ ē ueꝝ ſicut et in dicta eoꝝ. C. e. ti. l. ult. b.

k Super nob. ordinis ſui qd̄ facē potuit. ſ. e. cū nūcius. ⁊. c. inſup. et. j. ꝺ iure iurā. et ſi xp̄s. in fi. et. xiiii. q. ii. ſup prudētia. et illi p̄cipue ſunt admittēdi cū talis ꝓfeſſio in eoꝝ p̄ſentia fiat que ēt ꝑ alios non poſſet ita bene ꝓbari qui ad talia nō uocanꝛ. ſ. e. ueniens. in fi.

l Contradicēte. ſecus ſi uolente et conſentiente. quia tunc bene valet teſtimoniū. ſ. eo. tuis.

m Niſi iurat[9]. ſic. iii. q. iii. §. itē iuriſiurādi. ⁊. C. e. ti. iuriſiurādi. ⁊. iii. q. ix. hortamur. ⁊ vni teſti non crediꝛ. ſ. e. veniēs. ⁊. c. licet vniuerſis. ſiue ſit iuratus ſiue non in alterius p̄iudiciū: ut hic in fine. ⁊. xxxiii. q. ii. admonere. Ar. cōtra ꝙ vni crediꝛ etiā non iurato. xxiii. di. de ſyracuſane. lxxxvi. di. tanta. viii. q. iii. talia. ⁊. cxvii. di. nobiliſſimus. ⁊. xxiii. q. iiii. inter querelas. ⁊. xx. q. iii. preſens clericus. ſed in his non crediꝛ niſi quo ad p̄ſūptionē: ſed ad plenā ꝓbationē non. quādoq̄ꝫ tamē bene crediꝛ vni quādo non ſit p̄iudiciū alicui: puta vtrū aliquis ſit baptiꝫatus uel vtrū eſſet eccleſia cōſecrata. de cōſe. di. iiii. paruulos. ⁊. c. cū itaq̄ꝫ. ⁊ ubi quis vult ꝓbare ſe egiſſe penitentiā ꝑ cōfeſſorē ſuū. j. de ſimo. nemo. ⁊ ar. j. de pe. ⁊ remiſ. ois vtriuſq̄ꝫ.

n Venerabili. miraculis. non ſolū de miraculis ſed etiā de vita eſt inquirendū: qꝛ etiā miracula fiūt q̄ꝫq̄ꝫ ꝑ malos. nā petrus faciebat miracula: ⁊ ſimon magus faciebat multa ⁊ magis ſimilia moyſi: ut. i. q. i. teneamus. ⁊ ante neceſſe eſt ut ſciamus illa impetraſſe de deo que martyres mandant. l. di. ſi quis prepoſtera. ⁊. j. de here. cū ex iniuncto. ⁊ ad hoc ut aliquis ꝓ ſancto habeaꝛ prius ab eccleſia debet approbari. j. de venera. ſancto. c. i. ne aliqs uanis figmentis decipi ualeat: ut. e. ti. c. ii.

o Sigillatim. ſecreto eni ſiue ſigillatim teſtes examinādi ſunt. ar. C. de teſti. nullū. ⁊. j. de accuſa. inquiſitōis. ſic etiā uota canonicoꝝ in electōibus faciendis inquirēda ſunt ſecrete. ſ. de elec. quia ꝓpter. ſicut daniel ſecreto ⁊ ſeparatim examinauit illos ſacerdotes qui accuſabāt ſuſannā. ⁊ iō examinādi ſunt ſecreto ⁊ ſeparatim qꝛ vnus inſtrueret aliū ⁊ ſequereꝛ dictū alterius ⁊ ita nō poſſet falſitas illoꝝ facile dep̄hendi: ſic etiā in p̄ſentia quis debet ſolus ſuo ſacerdoti cōfiteri peccata. j. de pe. ⁊ re. omnis vtriuſq̄ꝫ.



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

curetis cū ea diligētia[p] que ſolet et debet i repetitiōe teſtiū adhiberi.

Gregorius nonus.

Cum clamor validus contra acherōtineñ[q]. epi. ſuper ſimonia & alijs criminib[9] aſcēdiſſet: meſiteñ. & rubeñ. epis dedim[9] in mādatis: ut ſup his veritatē īquirerēt et infra. Verū quia aptis atteſtationib[9]. l. & g. ſup ſimonia ita depoſuere confuſe[r]: q ex dictis eoꝝ nō poteſt veritas declarari. Mandamus quatenus examinetis eos iterum diligenter: & tam eorū quam alioꝝ quos receperitis teſtificata ſub ſigillis veſtris nobis fideliter referatis. Idem.

Teſtimonium eius cui ab adverſa parte opponitur crimē merito reprobat in crimiali cauſa ſiue ciuili: ſi i ipſo crimīe pſeuerer[s]. Si vero ſit de crimine emendat[9][a] et cum comitetur infamia nō eſt in cauſa ciuili: vel etiā cū de crimine ciuiliter agit preterquā pro reatu piurij[b] repellēdus. In crimiali aūt ſi in alio iudicio inſtituta accuſatione contra ipſum de crimine conuictus extitit vel cōfeſſus[c]: vel ſi nūc per exceptionem exinde conuincatur: aut grauata ſit eiuſ opinio[d] pro eo q quādoqz fuit tali modo rpulſus: quāuis hoc caſu[e] non excludetur in cauſa ciuili[f]: poteſt a teſtimonio: licet egerit penitentiam remoueri. Idem.

Ultra tertiam productionez[g] nō debēt teſtes ulteriuſ pduci in cā: niſi preſtito ab eo qui hoc poſtulat iuramento[h] q neqz p ſe neqz per aliuz teſtificata ſubtraxerit vel fuerit percontatus: nec per dolum aut artem aliquam quartaz productionē expoſcat: ſed quia quos deſiderat de nouo producere pri[9] habere nequit[i]. Idem.

p Diligentia. que ſolet adhiberi imo & etiā cum maiori q: circa maiora maius periculū vertit: & ideo cautius eſt agendū. xlii. di. quieſcamus. & lxi. di. miramur. et. vii. q. ii. c. ulti. & ff. ad carbo. l. i. §. ii. ne aliqui vanis & falſis decipiant figmētis. & j. de vene. ſancto. c. ii. b.

q Cum clamor acherontiñ. de iſto archiepo habes. j. de collu. c. ult.

r Confuſe. Sed quare hic precipit papa apertis atteſtationibus illos iterū examiari cuz deberet fieri interptatio otra illū qui teſtes ipſos pduxit. ſ. de pba. in preſentia & obſcuritas ei obeſſe potius debet qui potuit eā apertius declarare. ff. de oben. empt. labeo. & l. cū in lege. ff. d pac. veteribus. & verba interptāda ſunt cōtra ſtipulatorē. ff. d verbo. obli. ſtipulatio iſta. §. in ſtipulatōibuſ. & preterea timeri pōt ſubornatio teſtiū: et apertis atteſtationibus non ſunt ulterius teſtes iidez vel alii recipiēdi ſuper eodē capitulo. ut. ſ. e. fraternitatis. in tex. & in glo. & c. cōſtitutis. ii. ar. cōtra q obſcuritas nō nocet ei: imo qd vtile eſt ei accipiendū eſt. ff. de iudi. ſi quis intentiōe. Dicas q iudex ex officio ſuo hoc facere debet & precipue hic ubi agebatur ex officio iudicis per inquiſitionē nō ad petitionē alicui[9] ſed ad clamorē & famaz. j. de collu. c. ulti. quod eſt ps iſti[9]: & maxime in crimine ſimonie de quo fiebat hic inquiſitio. Et ideo ſi obſcure dixit: iterū examinetur teſtis & declaret ſiue interpretet dictum ſuū: quia in ambigua oratione ſpectat ſententia eius qui eam protulit. ff. de re iudi. in ambiguis orationibus. et qualitercūqz poteſt iudex inquirere: veritatem inquirere debet. xxx. q. v. iudicantem. & ante publicationem et poſt quandocunqz viſum fuerit iudici poteſt interrogare. ff. de interro. actio. ubicunqz. & j. de fide inſtru. cum ioannes. vſi. ſi. & quia publice vtilitatis intereſt ne crimina maneāt impunita. j. de ſen. excōi. ut fame. circa fi. ne ad maliciā quiſq pſiliat. C. de pe. ſi operis. & magna ratio ſuadet ob maleficia penas ſolui. ff. de fideiuſ. ſi a reo. §. id quod. vnde talis cōfuſio debuit declarari. ff. de teſta. heredes palam. §. qui vero.

s Teſtimoniuz perſeuerer. No. q teſtis qui in crimine detinetur ſiue in ciuili cauſa ſiue in criminali repellit: ut hic pz: quia non eſt credendū contra alios eis qui criminibus implicant. iii. q. ix. neganda. & c. non eſt. et. q. vii. qui ſine peccato. & c. poſtulatus. & qdiu in culpa fuerit teſtimoniū ferre nō poteſt. xxii. q. v. preceptū. nec criminoſus criminoſuz accuſare poteſt ut in predictis iuribus: quia de quo minus videt &c. iii. q. vii. §. porro. in fine. & i. q. i. multi. circa pnci.

a Emendatus. vnde admitti debet quia iam incipit eſſe quod non fuit. l. di. ferrum. et dicit in canone age penitentiā & prima opera fac. l. di. quia tua. & c. domino ſancto. et. j. de ſimo. per tuas. et. ff. de edil. edic. quod ita. & hoc in cauſa ciuili et criminali cuz ciuiliter agit: ut hic et. c. per tuas. ita q ex illo non remanſerit ſub nota infamie acta penitentia: quia repellit tunc propter infamiā. j. ti. proxi. preterea. puta ſi eſſet condēnatus de furto ſuo nomine quia non poteſt facere iudex quin condēnatus de furto ſuo nomine non ſequat infamia. ff. de fur. non poteſt. et aliis modis. poteſt notari: ut. iii. q. vii. §. porro. in fi. quia lz per penitentias aias ſaluare poſſumus: infamiā tamen abolere non poſſumus. ii. q. iii. §. hinc colligit: & ſic penitētia non prodeſt eis quantū ad hoc q actus legitimi ſunt infamibus interdicti. ſ. e. licet ex quadam. niſi prius fuerint in integrū reſtituti. iiii. q. iii. §. item lege iulia. ii. q. iii. preuaricator. in fi. et infamibus porte dignitatis non debent patere. j. de exceſſi. prela. inter dilectos. C. de infa. l. vna. li. x. & C. de dig. neqz famoſis. li. xii. et ferre teſtimoniū dignitas eſt. xxxii. q. v. preceptū. Itē pōt aſſignari cōtrariū. j. de ſimo. per tuas. ibi dr q in crimine cū ciuiliter agit viles teſtes et non emendati recipiunt: hic videtur a contrario ſenſu q non recipiantur. Solue ut ibi dicitur.

b Periurii. periurus. n. primo quātācūqz penitentiā ad teſtimoniū ampli[9] nō recipit ut hic pz. et. vi. q. i. quicunqz. et. xxii. q. v. paruuli. et. c. ſi quis. & ar. ii. q. vii. non poteſt. et. j. de preſump. lras. et qui ſcienter venit o iuratā trāſactionē infamis eſt. C. de trāſac. ſi quis maior fratre.

c Cōfeſſus. Qui eni in iudicio condēnatus fuit de crimine: ſufficit ad hoc ut a teſtimonio repellat in cā criminali: lz egerit penitentiā: nec neceſſe eſt ut amplius cōuincat: ut hic patet: nec talis admittit ad purgationē alicuius. j. de purga. cano. cōſtitutus. ſic et. j. de except. deniqz. §. i. vbi repellit a teſtimonio. qui cōuictus fuit de crimine vel cōfeſſus. intellige. §. illū ſm iſtā decre. ut repellat in criminali cā: ſi egit penitentiā: ſi non egit: repellat etiaz in ciuili: ſi in crimine pſeuerat ut. ſ. diximus. b.

d Opinio. ſic patz q ſi opinio alicuius grauata eſt: ad teſtimoniū admitti non debet in cā criminali: cū ſine oi infamia debeat eſſe teſtis. ſ. ſ. de excep. deniqz. & ii. q. vii. teſtes. & pcipue i cā criminali ut hic. nec etiā tales admittēdi ſunt ad honores. lxxxi. d. tātis. & j. de accuſa. oīpotens. & j. eo. c. vlt. i nullo enim dz vacillare opinio ordinandi. xxxiii. di. laici. Et ar. ad hoc. C. de pcura. reū criminis. & ff. d decu. eos. & ē arg. ex hac lra: q res ſiue ſnia inter alios acta fac fidē in alio iudicio. ſic. xxiii. q. i. ſubdiacon[9]. lz hoc ſolū q i alio iudicio repulſus fuit: nō ſufficit ut i alio repellat: lz infamia ide orta ipſū repellit: alias verū oportet crimē pbari ad h ut repelleretur.

e In h caſu. ſ. qñ ē grauata ei[9] opinio: tūc. n. pter h non repellit i cā ciuili. & idē i duob[9] caſibus pmiſſis: & idē ē ſi d crimine ciuilit agit dūmodo emēdatuſ ſit de crimine: ut ſupiuſ pz. Sed qliter pbabit: q ſit emendat[9] de crimine: ſatiſ pōt pbari p ſacerdotē ſuū q d ipo dz teſtimoniū phibere l. di. i capite. & ii. q. i. ſi peccauerit. i fi. & j. de ſimo. nemo. Sz nūquid teſtis cui obijcit crimē pōt obijcere q obiiciēs ſit criminoſus. ar. q ſic. ii. q. vii. ſi hereticus. q: tales litigatores digni ſunt talib[9] teſtibus. C. de hereti. l. pe. Dico q nō pōt: q: iſte cām ſuā pſequit: & nemo phibet a proſecutione iuris ſui: lz ſit criminoſus: ut. iiii. q. vi. oibus. niſi eſſet excōicatus: vel talis cui eſſet foꝝ interdictū: vel infamis cui actus legitimi ſunt interdicti. ſ. e. lz. imo excōicatus vel infamis nō repellitur: cū ſit reus. q: quelibet ſibi legitima defenſio reſuatur. j. de excep. cum inter. & q: cōtra teſtē directe non agit: ſed potiꝰ contra aduerſariū: q: in teſtem actio nō dirigit. ſ. de or. cog. cum dilectus. in fi. pari rōne. nec aduerſarius meus pōt mihi obiicere crimen ppt hoc. vnde ſi huus vult probare ſe contraxiſſe cū aliq libera ſciente eū huum ee: cū in hoc caſu hēat perſonā ſtandi i iudicio: pōt excipere o teſtes aduerſarii q ipſi ſunt hui: lz ipſe laboret ſimili īpedimēto. ar. cōtra. ſ. e. perſonas. & iii. q. vii. iudicet. & xxv. di. pmū. nā ſi ſeruus accuſat: eadē ſibi opetit defenſio que & libero. ff. d accuſa. hos accuſari. §. ſi huus. Quādo crimina obiiciēda ſunt teſtibus: dicitur ſupra eodem preſentium. b.

f Ciuili. idē ē ſi de crimine ciuiliter agatur.

g Ultra tertiā pductionem. i. dilationem. de hoc dictū ē. ſ. e. i cauſis. & ibi recurre.

h Iuramēto. Hoc qd hic dicit: ſūptū ē de aut. de teſti. §. q: vero. colla. vii. Sed quare iurat iteꝝ: maxie vbi iuratū ē de calūnia: cum iuramentū illud extendat ad oīa que poſtea occurrunt in cā. C. d iura. calū. autē. hoc ſacramentū. & in aut. de his qui ingredi. ad appel. §. vlt. col. v. q: ſepius nō ē iurandū ut ibi dicit. Dicas q illd iuramentū ē aliud iuramentū q ſit iuramētum de calūnia: & id vnū aliud nō excludit. Iſtud iuramentū ē de veritate dicenda: qd patet ex ipſa lra. ſ. q dz iurare q neqz per ſe neqz p alios didicit teſtificatura: nec per aliquē dolum hoc facit. Iuramētum de calūnia ē de eo q credit & extimat. C. d iuramento calū. l. ii. §. i. & id iſtud iuramentū preſtatur. Idem etiam eſt ſi cauſa talis ſit vbi iuratur tantum de veritate dicenda. q: iſtud iuramentum de veritate dicenda non extenditur ad hoc: ſed ad pncipale negocium tātū. vnde quarta dilatio dari non dz ſine iſto iuramento qualiſcunqz ſit etiam cā: & preſūptio ē contra eum: ex eo q tertio produxit. & propterea ſpāle ē ut exigatur hoc iuramentum i hoc caſu.

i Nequiuit. ſimile. j. d excep. paſtoralis. & ſ. e. pſentiū. lz ſi hre nequiuerit illos: ei obeſſe nō dz: ſi p eū nō ſteterit. ar. ſ. de reſcript. ſi autē. & c. plerūqz. & ſ. ut lite nō ɔt. quoniā. i. riſo. & ii. q. vi. anteriorum. §. ad hoc. & ita vr q ēt ſine iuramēto deberet admitti: qd nō ē veꝝ. q: ſine iuramēto hoc ei credi nō dz: maxime cum ante tertiaz productionem hoc nō fuerit pſtatus. vnde iurare tenetur prout hic continetur. Preterea hec quarta productio dari non debet vbi ſufficiens productio teſtium facta fuiſſet. ſ. e. ſignificauerunt. imo nec ſecunda dilatio: nec tertia dilatio danda eſſet: ſi ſufficiens productio facta ſit. nā in pecuniarijs cāis vltra vnā dilationē dari nō debet ſecunda dilatio. ff. de fer. l. vlt. niſi cauſa cognita: ut ibi.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

k Non debet accuſatiōe. Nota ergo ꝙ ſi aliquis accuſatus eſt de crimie ſtatiz grauata eſt eius opinio: vnde non poteſt in criminibus ad teſtimoniū admitti: ut hic pz ⁊.ſ.eo.teſtimoniū. q꞉ teſtes ſine oi ſuſpitōe eſſe debēt ⁊ infamia.ii.q.vii.teſtes.⁊.j.de ex cep. deniqz.nec etiā poteſt ꝓmoueri ad ordines: ut hic dicit̄ in fi. ⁊.lxxxi.di. tantis. daniel. ⁊.j.ō accu. oipotens. ⁊.xxiii. di.laici.⁊.ff.de de curio.eos. Jtē nec poteſt aliū accuſar̄ q꞉ nō relatōe crimi nis ſed innocentia reus purgat̄ .ff. de publi.iudi.is qui ⁊ hic in fine. Jtē nec pōt conſtitui ꝓcu ratoꝛ. C.ō procu. l.reū.itez nec accu ſar̄. Ex hac decre. pz q꞉ teſtimoniū i criminali actiōe ac cuſatio ⁊ ordinū ſu ſceptio pari paſſu incedūt ex eo ꝙ ac cuſatꝰ pendēte ſua accuſatiōe repellit̄ a teſtimonio ab ac cuſatōe ⁊ ordinum ſuſceptōe. preterea ex eo qđ dic̄ in pn̄. Jn criminalibꝰ pz ꝙ ſecus ē in ciuili: q꞉ tunc nō obſtāte accuſatōe uidet̄ ꝙ interim poſſit ad mitti in teſtez in cā ciuili.ſ.eo. teſtimo niū. ⁊ eſt veꝛ ſi ſit emēdatus de crie. ⁊ eū non comitet̄ i famia: ut ibi ar.j.ō ſimo.ꝑ tuas. q꞉ licz accuſet̄ non ſtatim reus eſt .xv.q.ulti. c.ul.q꞉ pendēte ac cuſatiōe remanet i officio ſuo: ⁊ interi ſubditi eius ei obedire tenent̄ .j.de accu.olim. ⁊.viii.q.iiii.nonne. Jtē pz hic ꝙ minus idonei teſtes quoꝛ opinio vacillare uidet̄ ad mittunt̄ in exceptis criminibus ex eo qđ dicit: niſi forſitan in exceptis criminibꝰ. Sed hoc forte eſt intelligendū ſm̄ diſtinctionē illius.c. ii.q.i.in p̄mis. vꝫ.ſ.male fame uel male opinionis: ⁊ tunc cū ē ma le opinionis admittat̄: licz.c.illud loquat̄ in accuſatōe aliter admit ti non debēt cū etiā ſi ciuiliter ageret̄ nō eſſent admittēdi niſi eēnt emēdati ⁊ cū aliis adminiculis.j.de ſimo.ꝑ tuas. ſed lz accuſet̄ nō tñ ſtatim reus eſt ut.ſ.dr̄. ⁊ ideo pōt admitti in crie excepto: cum adhuc remaneat in ſtatu ſuo. Jtē ex hoc.c.⁊.ſ.c. teſtimoniū pz ſo lutio queſtionis que fieri cōſueuit: ſi aliquis cōdēnatꝰ ſit de crimie ⁊ appellet: vtrū recipiēdus ſit in teſtē ſi pendēte appellatōe induca tur. ⁊ ſane pz ex his duobꝰ.c.quid iuris ſit ꝙ i criminali nequaꝙ̄ in ciuili vō bene poteſt admitti q꞉ pendēte appellatōe non dr̄ cōdē natus.ff.de pe.l.ii.§.ul. ⁊ integer eſt ſtatus eius ut interim fungat̄ honoribus.ff.ap.interpo.nihil innouari.l.vna.§.integer.⁊ melius in.§.ſi quis deportatus.q꞉ lz non ſit dānatus adhuc nō habet̄ infa mis: exquo appellationē ſuā ꝓſequit̄ .ff.de his qui no.iſa.furti.

Non debet quis in criminibꝰ niſi forſan i exceptis ad teſti ficandū admitti pēdēte accuſatōe[k] de crimine contra ipſum: cū etiam accuſari: niſi prius ſe ꝓbauerint in nocētes ab accuſatione ⁊ ſuſceptio ne ordinum repellātur.

De teſtibus cogendis uel non.

Alex.iij.papien̄.electo.

Cauſaz matrimonij que inter .m. mulierē ⁊ filiū r. vertitur: cōmiſimꝰ iudi cibꝰ terminādā. Jdeo qz mandamus quatenus teſtes ab alterutra partium in ſue aſſertiōis teſtimonium iuocatos ne vitatem occultent[a] diligētius moneas ⁊ in ducas. Si āt odio uel gratia uel ti more[b] ſe ſubtrahāt: eos ad ferēdū teſtimoniū corā p̄fatis iudicibꝰ uel coꝛ nūcio[c] quē ad hoc miſerit eccleſiaſtica diſtrictiōe cōpellas.

Jdem preſbyteris pontic.

Cum ſup cauſa que uertitur i ter preneſtin̄. epūz ⁊ ſubl. ab batem ſit teſtimonium ur̄m neceſ ſarium: mandamus quatenꝰ ꝑhibi turi teſtimoniū ueritati apoſtolico uos conſpectui p̄ſītetis. Si vō nō ueneritis[d] ſciatis uos ab officio[e] et bn̄ficio eccleſiaſtico apoſtolica au ctoritate ſuſpenſos. Et ſi nec ſic ue neritis[f] excōicatiōis ſniam ⁊ depo ſitionis[g] poteritis formidare.

Jdem genuen̄.archiepō.

Super eo[h]: ⁊ infra. Cōſult .t. t. rn̄dem⁹: ꝙ ſi factū ē notori um: nō eget teſtiū depoſitōnibꝰ de clarari: cum talia probatōnem uel ordinez iudiciarium nō requirāt[i]. Verū ſi non ē notorium: ⁊ is qui conuenitur factū negauerit: teſtes qui interfuerunt facto monēdi ſūt non cogendi[k] ad ferenduz teſtimo nium vitati: niſi forte timore[l] ad uerſe partis conſtiterit iudici eos a ferēdo teſtimonio reuocari: licz ad hoc paſſim poſſint de iuris hūa ni rigore compelli.

Jdem.

Peruenit ad audiētiam nr̄am ꝙ cum .j. prioꝛ ſancti laurētij coram te fuiſſet de ſimonie ⁊ adul terij crimine accuſatꝰ: quendā qui ꝯtra eū ducēdus erat i teſtimoniū iuramēto[m] aſtrinxit: ut non depone ret ꝯtra ipſuz: ⁊ ifra. Nos igit attē dētes: ꝙ nemo debet[n] aduerſario i ſtrumēta[o] quorū appellatiōe teſtes cōtinēt̄ ſubtrahere: ⁊ ꝙ tā ille qui ſubripit iſtrumēta quā qui aduer ſario parē aduocatiōis ſeu defēſio nis copiā ſubtrahit: iniquaz oſten dit[p] a ſe litē foueri: ⁊ experiri debet i ſe iudicis auctoritatē eluſā[q] rn̄de mus ad detegēdū tante fraudis et calliditatis ꝯmētū[r] ipſum teſtē me rito eē compellēdū.

Clemē. iij. ſegobien̄. epiſcopo.

a Cauſam mr̄imonii. occultēt. ſic.xiii.q.ii.ꝙ̄ꝙ̄. hec eni eſt cā quare teſtes cōpellunt̄ ne veritas occultet̄ ⁊ ne malus ut bonus eximet̄: ut in.c.ꝙ̄ꝙ̄. ⁊ qui ueritatē occultat pecca tū cōmittit moꝛtale. xi.q.iii.quiſqs. ideoqz cōpellit̄.

b Timore. tunc eni teſtes ſunt cōpellēdi alias nō uidet̄ ꝙ cōpelli debeant.j.eo.ſup eo.ex eo eni ꝙ non vult ferre teſtimoniū p̄ſumit̄ contra ipſuz vnde dico illū ſtatiz cōpellenduz niſi conſtaret ꝑ alios ꝙ bene poſſit ueritas compꝛobari.

c Uel nuncio. puta ſi fuerint debiles uel infirmi uel egregia pſo na.ſ.ti ꝓxi.ſi qui teſtiū.⁊.ff.de iureiur.ad pſonas.ar.ꝯ.iii.q.ix. te ſtes.ibi dicit ꝙ p̄ſentes debent eſſe teſtes. illud intellige de illis ꝑ ſonis que ad iudiciū uenire poſſunt. vel intellige illud in criali ubi teſtes debent eſſe in p̄ſentia iudicis hoc in ciuili: ⁊ hoc bene diſtin guit̄. C.de fi.inſtru.aut̄.apud eloquētiſſimū. exigit̄ eni ut in crimi nali ſint corā iudice: ⁊ nō ſolū ex dictis ſed etiā ex geſtis iudex foꝛ met motū animi ſui.ff. de teſti.l.iii.§.itē diuus.

d Cum ſup. veneritis.in termino ꝯſtituto ſupple. ⁊ tūc ſufficit ut ueniāt ea hoꝛa quā poſſunt expedire officiū ſuū.ſ.de offi.dele.conſuluit. ⁊ ar.ff.de condi. ⁊ demon.l.iiii.in fine.

e Ab officio. Js eſt ordo cū culpa incipit a cōtumacia: tunc dz excōicari.xx iii.q.iii.forte. ſecꝰ ſi a crimine tūc debet deponi.lxxxi.di.dictū. ⁊.ſ.de iudi. cum non ab homine. vbi de hoc.

f Et ſi nec ſic veneritis.no. arg.ꝙ in vna citatōe poſſunt fieri plures citatōnes ſicut ēt fit de cōſuetudine ꝓpter dif ficultatem citationū: ut.ſ.de do.⁊ cōtu.ueritatis.⁊.c.cum dilecti. ⁊.ſ.de in integ. reſti. tum ex litteris.

g Depoſitōis.et ſic creſcēte ꝯtumacia creſcere dz ⁊ pena ſ.ut li.nō ꝯte.quoniā.in fi.⁊ ff.de pe.relegati.niſi neceſſi tas ſit impedimēto. ar.ff.de ar.celſus.§.idē ait.nō eniz in oi caſu excōicare eū itelligit̄ ar.ff. de ſolu.ſi ſeruꝰ.x. in fi. Quid ſi excōicauiſſet eū niſi ueniſſet in termino nulla ex ceptiōe facta nūquid erit ex cōicatus ſi nō potuit uenire? in caſu tali ſaltē quo ad deuz nō eſt excōicatus. q꞉ impoſſi bile p̄ceptū nō ligat.ff.ꝙ ſen. ſine app.reſcin.l.paulus.ſed q꞉ eccleſia illud ignoꝛat: doce at de impedimēto ⁊ abſoluet̄ ſine difficultate ⁊ grauamie. ar.j.de ſen.excō.ſacro.ſic ex eadē cā reuocat̄ ſnia diffini tiua.nec mādanda eſt execu tiōi.ff.de iudi.ſi pretoꝛ.⁊.j.ō re iudi.cū bertoldus.et.c.cū olim.multo foꝛtius excōicati onis ſnia tenet.ſed ꝓbato im pedimēto ſiue grauamine ut dixi: debent abſolui.

b Super eo. queſtio fuit talis: aliqs cōuenit̄ de aliquo facto manifeſto: que rit̄ an illi q facto interfuerūt ſint ad ferendū teſtimonium cōpellendi.

i Nō requirant. quantū ad examinationē uel ꝓbationē: ſicut nec in cōfitēte neceſſarie ſunt p̄tes iudicis ff.ad.l.aquil. ꝓinde ſi occiſus. ſnia tamē neceſſaria.j.de diuoꝛ. poꝛro.

k Non cogendi. hoc intellige a p̄ncipio. primo eni ſunt monēdi: ⁊ poſtea ſi noluerint ſunt cogēdi: ut.ſ.e.c. ꝓxi. clerici vō in cā laicoꝛ cogi nō debēt: niſi cum alie ꝓbatiōes haberi non poſſunt. xiii.q.ii.ꝙ̄ꝙ̄.

l Timore. Sed quis ꝓbabit hoc certe eo ipſo ꝙ monitus eſt ⁊ non vult te ſtificari p̄ſumit̄ contra ipſuz ꝙ nō bono aio hoc faciat: ⁊ ex hac p̄ſumptione cōpellit̄ .ar. C.qui mili.non poſ.ſup ſeruis.li.xii. ⁊ teſtes inuiti cogēdi ſunt. C.de teſti.ſi quādo.aut̄. ſed hodie. ⁊ ſic hodie ſeruat̄: ⁊ ſi cōſtaret ꝙ ps ad uerſa hoc faceret debet excōicari .ſ.titu. ꝓxi.cuz cauſam.i.§.ꝙ ſi forte. ⁊.c. conſtitutis.i.

m Peruenit. iuramēto aſtrinxit. qđ fuit temerariū ⁊ illicitū: ⁊ iō nō ſeruā dū. vnde nō obſtāte tali iuramēto ꝯpelli debet ferre teſtimoniū ſuper negocio p̄ncipali.ſ.ti. ꝓxi. intimauit. ⁊.c.cōſtitutis. et debet denūciari nō te neri illo iuramēto: ut in.c.cōſtitutis. ⁊.j.de accu.olim.ubi de hoc.

n Debet. hec verba habuiſti.ſ.ti. ꝓxi.cōſtitutis. ⁊.iii.q.vii.§.ſunt autē.v̄.ſi quis autē. ⁊. C.de poſtula.pꝛouidendū .b.

o Jnſtrumēta.qđ qui fecerit tenet̄ ad intereſſe.xii.q.ii.ſi quis de clericis.

p Oſtendit. p̄ſumptiue: ſicut preſumit̄ ꝯtra illū qui ad pecunie coꝛruptelaz deſcēdit .C.de pe.iudi.qui ma.iudi.l.i.

q Eluſam. quia inſtrui iudex nō poterat ſup cauſa illo ꝓcurante.ff. de offi. ꝓcōſul. nec quicꝙ̄.§. ulti.

r Cōmentum. ex hoc uidetur ꝙ non ſit cogendus dicere ueritatem ſuper principali: ſed tantūmodo reuelare hanc fraudem: ⁊ hoc dicebat Lau. et de bebat pꝛocedi in cauſa tanꝙ̄ depoſuiſſet contra illū: et ſic habebat illum pꝛo pꝛoducto fraude reuelata: et ſic ſeruabit iſte iuramentuz ſuuz. et hoc colligi uidebatur ex antiqua decretali. Alii dixerunt contra. Sed hoc non eſt verū ut hic dicit. et quod dictum eſt ad detegendum tante fraudis ⁊c̄. ſupple et nihilominus ſuper pꝛincipali debent compelli: ut dicunt illa iura. argu.ſ.ti. pꝛoxi. intimauit.et.c.conſtitutis.et argu.j.eo.c.ulti. Et argu.contra.j.eo.di lectoꝛum. vbi ſoluitur. Dic ꝙ non compellitur ſuper pꝛincipali: ut dicebat Laurē. ſed ad fraudem detegendam debet compelli ut poſtea denuncietur non teneri illo iuramento: poſtea poterit iurare ſuper pꝛincipali ſi nolue rit: ſed non debet compelli: et ſic planum eſt et nullum contrarium: ut di cit Lauren.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

s Peruenit. recuſant. Attēde cōſultationē ⁊ reſponſionē: ⁊ ſic uidebis ꝙ nō directe reſpōdet ad interrogata. ſi. ſ. de teſti. cū in [illegible]. ubi ita indirecte rñdet. Sed dicas ꝙ eo ipſo ꝙ reſpōdet ut ſup rebus eccleſiaſticis cōpellēdi ſunt: a ɔ̄trio ſenſu reſpōdet ꝙ ſup illa iniuria non ſunt cōpellēdi ferre teſtimoniū: qḋ eni de vno cōfitet᷑ de altero negare uidet᷑. j. de pſump. nōne. ⁊. xxv. di. qualis. ⁊ h̄ ideo q꜡ in criminalibus teſtes nō cōpellunt᷑. j. e. dilectoꝝ. q꜡ iniuria crimē eſt. vnde qui de iniuria ɔdēnat᷑ infamis efficit᷑. j. de re iudi. cū te. ff. de his q no. infa. athletas. §. ulti. arg. ɔ̄. j. e. ſup his. ⁊. c. ſe. Soluit᷑ hec ɔ̄rietas. j. e. dilectoꝝ. vel dic ꝙ pſecutio iniurie appellat᷑ hic res eccleſiaſtica. ⁊ intellige ꝙ ciuilit᷑ hic agebat᷑ p ſuo intereſſe de iniuria alias non cōpellunt᷑ teſtes qḋ itelligo de iniuria facta ordini clericali. h.

intelligi habito reſpectu ad qualitatē pſone ut ſic poſſit corrigere uel addere etiā ex interuallo. Qualiter intelligat᷑ icōtinēti: pbat᷑ ff. de ṽbo. obli. cōtinuus actus. ff. de adul. quod ait lex. §. ulti. in fi. C. de erro. aduo. l. ulti. ⁊. xxxii. q. vlti. apud miſericordē. ⁊ melius ſ. de elec. quia ppter. ibi inuenies multas expoſitōes huius verbi incontinenti ſiue mox. arg. ɔ̄. xxv. q. ix. qḋ qs cōmiſit ſed illa cōtraria nō tangūt hoc.

a Q Etez. ſcriptū. tā canonicū ꝗ̄ ciuile. xiiii. q. ii. ꝗꝗ. ⁊. ſ. e. p totū. ⁊. C. de teſti. ſi quando.

b Actibus. eſt autē ut hic ſatis apparet ɔſuetudo ius qḋ dā maioribus utentiū approbatū qḋ p lege ſuſcipit᷑ cū deficit lex. di. i. cōſuetudo. ⁊ cōſuetudo eſt optima legū interpres. ſ. de ɔſue. cū dilectus. ⁊ ſic cōpellēdi ſunt teſtes taz iure ſcripto ꝗ̄ non ſcripto. ſ. cōſuetudine. ſ. de ɔſue. cū dilectus. ut hic patz.

c Ipſuz cōſtiterit. ⁊ quis pbabit: iaz dictū eſt q꜡ eo ipſo ꝙ monitus nō vult teſtificari preſumit᷑ ɔ̄ ipſuz ut ſtatum cōpellat᷑: nec eſt alia neceſſaria pbatio: ⁊ hec leuis pſumptio ſufficit. ar. ff. ḋ pe. here. ſi qs libertate. §. plane. h.

d Timore. Timor poteſt referri ad multa ſiue odio pſone uel timore hoc contingat cōpelli debēt. ſ. ti. pxi. conſtitutis. ⁊. c. intimauit. ⁊. ſ. e. puenit. ſiue etiā odio ipſius ſacramēti qḋ quidē tenui religione abhorrēt. C. de fi. inſtru. l. ul. ⁊. j. de ſimo. ⁊ ſi queſtiones. ⁊ tunc fortius debent cōpelli. alias ſi nollēt iurare dānando iuramentū tanꝗ̄ heretici debēt condēnari. j. de here. excōicamus. §. ſi.

Peruēit ad nos: ꝙ cū a laicis enormis ⁊ intolerabilis iniuria clerico multis aſtātib᷒ ⁊ uidentib᷒ īferat᷑: iuriantes ī cām tracti negant ſe tantū facinus ɔmiſiſſe: ⁊ cū ſeſus eoꝝ teſtimonio qui preſētes extiterāt: hoc pbare deſideret illi nolunt ṽitari teſtimoniū perhibere: ⁊ īfra. Cōſulta. t. t. rñdemus ꝙ hi qui de reb᷒ eccleſiaſticis teſtificari recuſant[a]. ſi aliter ueritas nequiuerit elici: ad illud ſunt p cenſuram eccleſiaſticam compellēdi.

Idem.

Ceterū ꝙ ſup conſāguinitate cogēdus ſit teſtis perhibere teſtimonium ṽitari: non dubitatur a nobis: cū id tā ius ſcriptū[a] approbet quā ɔſuetudo actib᷒[b] uetium approbata ſi ipſum[c] cōſtiterit odio uel grā ṽitatē ſupprimere aut timore[d]. Celeſtinus tertius.

Preterea ſi teſtes publici quos tua ciuitas nuncupat ſynodales[e] ſup cā matrimonij coraz te uel tuo capitulo ſemel teſtimoniū reddiderint: non debēt ɔpelli: ut ī preſentia alicui᷒ delegati iudicis ſup eadē cā iterato[f] prebeant iuramentum: dummodo aliter[g] fiat fides iudici delegato: niſi forte articulus noue queſtōnis[h] emergat. Huiuſmodi uero teſtes publico iure pñt pp infamiam a perhibendo[i] teſtimonio remoueri[k]: ſi eā poſtquā in cōmuni[l] recepti fuerant: contigerit contraxiſſe: quoꝝ teſtimonia ſi qñqz nō ſtudioſe: ſz in pferēdo errauerint ⁊ ſe incontinenti[m] correxerint: reprobari nō debent: ſecus āt erit: ſi correctiōi ſue interpoſuerit interuallum. Inno. iij. priori ſācti fridiani ⁊ magiſtro. p. cāonico piſano.

Super his[n]: ⁊ infra. Ceteruz uolum᷒ ⁊ mādam᷒: ut ſuper inquiſitionis articulis[o] tā de fama electi quā lr̄is contra eum ſub nomine lōge maioris ⁊ ſanioris ptis capituli deſtinatis cogatis[p] teſtes qui noiati fuerint phibere teſtimonium ṽitati. Idem archidiacono mediolan̄.

Cum cōtra magiſtrū. r. ſuper eo ꝙ dicit᷑ falſas de ſede apoſtolica lr̄as reportaſſe: ac p ſe uel pcuratorem fuiſſe uſum eiſdē tibi direximus ſcripta nr̄a Poſtulaſti per ſedē apo. oraculuz edoceri utrum ſup prefato uitio falſitatis teſtes compellere[q] debeas noiatos. Nos igit᷑ rñdem᷒ ꝙ teſtes predicti ſi ſe grā odio uel timore ſubtraxerint: per cēſurā eccleſiaſticaz debes app. re. cōpellere ueritati teſtimonium phibere. Hono. iij. abbati. s. eugenij ⁊ magiſtro. g. canonico. ſenen̄.

Dilectorum filiorū uulterani capituli ex parte una ⁊ epiſcopi uulterani ex altera pcuratorib᷒ in nr̄a preſētia conſtitutis: ⁊ infra. Teſtes ꝗ fuerit noiati: preterquā ſup criminib᷒[r] ſi ſe grā uel timore

n Super his. Hec decre. j. pars illius quam habes. j. de accuſa. ſup his. ḋ fine illi᷒ deciſa eſt. ⁊ de hac materia loquit᷑. ſ. ti. pxi. tam litteris inquiſitionum.

o Articulis. Ex h̄ loco potes ſumere caſuz tā illi᷒ decre. tā lr̄is. ſ. ti. pxi. ꝙ illius ſup his. j. de accuſa. Quidā electus fuit in ep̄m lucañ. quidā ſe opponebat electōi illius dicētes ꝙ erat male fame ⁊ ꝙ matrimoniū cōtraxerat cū vidua. itez iſti q opponebāt ſe: lr̄as cōtra electū nomie capituli dño pape miſerūt quas tam electus ꝙ capitulū falſas dicebāt ⁊ capitulū neſciuiſſe ḋ lr̄is illis ⁊ de iſtis articulis mādat papa iquiri: ⁊ ad hec pbanda teſtes ſūt cōpellendi.

p Cogatis. Hic cōpellunt᷑ teſtes in criminibus ⁊ etiaz irregularitate. j. e. c. pxi. ⁊ ſic eſt ɔtra ſ. e. puēit. ⁊. j. e. dilectoꝝ. ubi ſoluit᷑.

e Preterea. ⁊. j. ſynodales. de quibus habes. xxxv. q. vi. ep̄s. in ſynodo. j. de accu. ſicut olim.

f Iterato. iuramentū eni iſtoꝝ teſtiū ad totū tempus debet extendi dū durant in officio illo poſtꝗ̄ iuramentū illud in ſynodo preſtiterūt: ſiue corā ordinario ſiue corā delegato cā illa tractet᷑: ut hic innuit: ſicut iuramentū calūnie ad oia que in cā ɔtingūt extendit᷑. C. de iura. calū. aut᷑. in hoc iuramēto.

g Aliter. Et ſi aliter nō fiat fides innuit hec littera ꝙ itez iurare debeāt corā delegato etiā pro eadez cauſa: ſed non uidet᷑ ꝙ iterū iurare debeāt: vnde ſatis poteſt ſuppleri maxime: ſicut ⁊ teſtis ex quo ſemel iurauit ferre teſtimoniū in aliqua cauſa non debet amplius iurare ſuper illa: niſi emerſerit aliquid de nouo.

h Queſtionis. Tunc eni debet iurare ſup articulo illo noue queſtionis q꜡ primū iuramentū nō extendit᷑ ad illū articulū noue queſtionis: quia cū preſtitit illud in ſynodo uel corā ep̄o nō cogitabat᷑ de illo: ⁊ ꝙ iterū iurare debeat: pbat᷑. ſ. ti. pxi. fraternitatis. ubi nouus articulus pbat᷑ taz p antiquos teſtes ꝗ̄ per nouos prius pſtito ab omnibus iuramēto. ut. ſ. ti. pxi. c. de teſti. ⁊. C. de tempo. appel. per hanc.

i A phibendo. Nota ergo ꝙ teſtes huiuſmōi ſynodales propter infamiam ſuperuenientē remouent᷑ a teſtimonio perhibendo: non autē a perhibito: q꜡ infamia uel delictū ſupueniēs non viciat quod legitime factū eſt. j. de eo qui cogno. cōſang. vxo. ſue. diſcretionē. ⁊. c. tue. ⁊. c. iordane. ar. C. de teſta. l. i. et iii. q. vii. §. uerū. ff. de offi. preto. barbari᷒. Sic reſcriptū pape non caſſat ea que legitime facta ſunt. ſ. de teſti. ſpo. audita.

k Remoueri. habes hic q꜡ infamis repellit᷑ a denūciatiōe: ut. j. de ſpon. cū in tua. ⁊. j. de accuſa. cū dilectus filius. ⁊. c. ſicut olim. ⁊. ff. de popul. acti. popularis actio. hug. contra. h.

l In cōi. i. in ſynodo uel auditorio cōi. xxxv. q. vi. ep̄s in ſynodo.

m Incōtinenti. i. in eadē inſtantia iudicii anteꝗ̄ loquat᷑ partib᷒ uel anteꝗ̄ recedat a preſentia iudicii: q꜡ poſtea ſubornatus preſumitur: ſed hoc poſſet

q Cum cōtra. cōpellere. dubitatōis cauſa fuit: q꜡ uidebat᷑ ꝙ in criminib᷒ nō ſunt cōpellēdi teſtes. in aut᷑. de teſti. §. quoniā. col. vii. ar. ⁊. C. e. ſi quādo. in pnci. Ex eo ꝙ dicit ibi. i pecuniariis cāis teſtes cogēdos: uidet᷑ ꝙ nō in criminibus. Sed ɔ̄ hoc mandat papa. ſ. ꝙ cōpellant᷑. ⁊. ſ. e. c. pxi. ⁊ in ſeq. c. dicit ꝙ in criminib᷒ non compellant᷑: ſed ibi habetur contrarioꝝ ſolutio. ⁊ quando compellant᷑ ⁊ quando non.

eſt: non[b] non: ut affirmatio[c] uel negatio ſicut procedit ex ore: ita ꝓcedat ex corde: quia tamē hominum excreſcente malicia ſimplici aſſertioni uel negationi uix creditur icirco prudēter adiunxit: quod amplius eſt a malo eſt: a malo quidē non tam culpe quā pene: nec exhibentiū ſed exigentium iuramētum nam incredulitas huiuſmodi magis eſt pena quā culpa unde nō dixit malum: ſed dixit a malo. ¶ Licet enim iuramentū ꝓhibuiſſe dominus uideatur: nuſquā tamē per creatorem: ſed per creaturā[d] iurare prohibuit: ne per huiuſmodi iuramentum transferretur ad creaturā honorificētia creatoris. Quare cū i euangelio premiſiſſꝫ: dico uobis nolite iurarē omnino[e] ſtatiꝫ ſubiunxit: neqꝫ per celum: quia tron⁹ dei eſt: neqꝫ per terrā: quia ſcabellum pedū ipſius eſt: neqꝫ per hieroſolymā: quia ciuitas ē regis magni: neqꝫ per caput tuū: qꝛ non potes unum capillū facere album aut nigrum. Et quāuis nō ſit per creaturam iurandum: ſi tamē iuret per creaturam: ſeruandum[f] eſt quidē: dummodo ſit licitum quod iurat quia teſte ueritate: qui iurat i celo iurat in trono dei ⁊ in eo qui ſedet ſuper eū. Jacobus quoqꝫ non ſimpliciter prohibet iuramentum: ſed uoluntatē iurandi: cum ait. Ante omnia fratres mei nolite[g] iurare: quoniam ad iuramentū nō debet quēquā ſpontanea uoluntas iducere: ſed neceſſitas[h] trahere importuna ⁊ tūc poteſt ſine culpa iurari: dūmō illos tres comites[i] habeat iuramētū de quibus propheta[k] ait. ⁊ iurabunt[l]: uiuit dominus in ueritate[m] ⁊ iudicio[n] ⁊ iuſticia[o]: quod autē iacobus ſubdit: neqꝫ per celū: neqꝫ per terrā. neqꝫ per quodcūqꝫ aliud iuramentū iurare uetat ꝑ quālibet creaturam quodcūqꝫ ſit illud alioquin nō dixiſſet apoſtolus: homines per maiorem ſuū iurant: ⁊ omnes controuerſie[p] eorum ad cōfirmationem finis eſt iuramentum In quo patenter oſtendit per quē ſit iurandum. cum ait. homines ꝑ maiorem ſuum iurant: ideſt per deum. ⁊ cur ſit iurandum: ut uidelicꝫ omnis cōtrouerſie finis ſit iuramētum. Angelus quoqꝫ quem uidit in apo. ioannes ſtantem ſuper mare ⁊ ſuper terram: leuauit manū ſuam ad celum ⁊ iurauit per uiuentē in ſecula ſeculorum. Chriſtus etiā pluſ legitur dixiſſe i euāgelio: quā eſt eſt non nō: cū ſepiſſime dixerit: amē[q] dico uobiſ: quod ipſe ſecūdū lucā exponēs: cū premiſiſſet: amē dico uobis: quia nemo propheta accept⁹ eſt in patria ſua: ꝯſequēter adiūxit: in ueritate dico uobis: qꝛ multe uidue erāt in diebus helie i iſrahel. Apoſtoluſ quoqꝫ iurabat cū diceret: teſtis[r] ē mihi deus: ⁊ iterū quotidie morior[s] per gloriā noſtrā fratres: que greca exemplaria manifeſtiſſimā iurationē eſſe oſtenderunt. Si eni per ſe malum eſſet iurare: profecto dominus nō iuraſſet: cū tamē i ueteri teſtamēto legatur. quia iurauit dominus ⁊ nō penitebit eū. ⁊ rurſus iurauit domin⁹ dauid ueritatem: ⁊ non fruſtrabit eum: imo ⁊ precepit in ueteri teſtamento. redde deo iuramenta tua. Quedam[t] eni ꝓhibentur. quia ꝑ ſe mala[u] ſunt: ut furtum adulterium ⁊ huiuſmodi que nō ſunt aliquatenus facienda. Quedam uero prohibentur ex cauſa[x]: non quia per ſe mala ſunt: ſed quia ſi fiant frequenter ⁊ multum: ex his mala ſequūtur[y] ut uinum per ſe maluꝫ non eſt: ⁊ tamē prohibet apoſtolus dicēs: nolite inebriari uino in quo eſt luxuria quoniaꝫ ex frequenti ⁊ immoderata potatione uini luxuria generat. Sic ⁊ iuramētū per ſe quidē malū nō eſt cum ſit cōfirmatio[a] ueritatis ſed tamē ꝓhibetur ex cauſa[b]: quoniā ex frequēti ⁊ incauta iuratione piuriū ſepe contingit: ſicut i eccleſiaſtico legitur: uir multū iuranſ replebitur iniquitate: ⁊ non diſcedet a domo eius plaga. Quēadmodū ergo paulus indulſit propter neceſſitatem diſcipulo ſuo thimotheo: ut utatur modico[c] uino propter ſtomachum ⁊ frequētes infirmitates ſic ꝓfecto cum neceſſitas exigit ꝓ re uera licita ⁊ honeſta poteſt ſecure iurari: quia ceſſante[d] cauſa ceſſet effectus. Licet ergo debeatis eſſe uiri ꝑfecti. ut quantum poteſtis iuramenti uinculū euitetis: uolens tamē idēnitati ueſtri monaſterij prouidere: ne ꝓpter defectū teſtiū ſui iuris ſuſtineat leſionē: preſēti uo

b ¶ Non non. Iſte due negationes nō faciunt hic unā affirmationē ſm ꝙ alibi faciūt. ff. de verb. ſig. duobus verbis.

c ¶ Affirmatio. ecce declaratio geminationis. i. ut qō os affirmat ⁊ cor affirmet. ⁊ qō os negat ⁊ cor neget. ſic. xxiij. di. pſalmiſta.

d ¶ Creaturā. ſic. xij. q. i. clericum. ⁊ in autē. ut nō luxuriētur contra naturam colla. vi. §. ⁊ quoniā. Per creaturaꝫ licitū eſt iurare vbi exprimitur in iure ut per crucē xxij. q. v. qui piurat per euangelium. xxij. q. i. ſi aliqua per ordinē. ut. i. q. vij. quotiens ꝑ ſalutē principis. ff. de iureiu. qui per ſalutē. l. iij. §. vlti. per altare. xxij. q. i. habemus. alter eni iurare nō debet. vnde nō licet iurare per mēbra dei in auten. ut nō luxuriētur cōtra naturaꝫ. colla. vi. §. ⁊ quoniaꝫ. ⁊. xxij. q. i. ſi quis per capillum. vbi pena ponitur.

e ¶ Omnino. i. ex leui cauſa: uel per omnia. Simile omnino habetur in lege ut ſi fideiuſſor intercedat pro maiori ſūma ꝙ̄ ꝑncipalis debitor oīno nō obligatur. ff. de fideiuſſo. grece. §. illud. vin.

f ¶ Seruandū qualitercunqꝫ iuratur. ſi licitum eſt quod iuratur ſeruandū eſt iuramentum. xxij. q. i. monet te. et. ff. de iureiu. §. i. quia multa fieri nō debent. facta tñ tenent. xxvij. diſt. ſi vir. et. xvij. q. ij. nos nouimus. ſicut iudex vltima die ſue iuriſdictionis iudicare nō debet. ff. de iuriſd. om. iu. cum qui. ſi tñ ſententiam dixerit tenet. ff. de offi. ꝓconſu. meminiſſe. in fi. t.

g ¶ Nolite. i. nō habeatis voluntatem iurandi.

h ¶ Neceſſitas. ⁊ ita nunꝙ̄ iurandum eſt niſi in neceſſitate. ſed hec neceſſitaſ includit etiaꝫ ſub ſe vtilitatem. xxij. q. i. ſi nō malum. ⁊. c. ita ꝗ̄. lau.

i ¶ Comites. de quib⁹ habes xxij. q. ij. animaduertendū. ⁊ q. i. ⁊ iurabunt.

k ¶ Propheta. ſ. hieremias.

l ¶ Jurabunt. hec habes. xxij q. i. ⁊ iurabunt.

m ¶ In veritate. cōſcientie.

n ¶ In iudicio. i. diſcretione: uel deliberatione.

o ¶ Juſticia. i. ut quod iuratur ſit iuſtum ⁊ licituꝫ. ⁊ iſti ſunt tres comites qui debent interuenire in quolibet iuramēto ⁊ ſi iſta defuerint nō iuramētum ſed periuriū eſt dicendū ut i. c. aiaduertēdū. xxij. q. ij.

p ¶ Controuerſie. qꝛ poſt iuramentū delatum ⁊ preſtituꝫ nihil amplius querenduꝫ eſt ff. de iureiurā. non erit. §. delato. ⁊ parem habet auctoritateꝫ cū tranſactione ⁊ maiorem ꝙ̄ res iudicata. ff. de iureiurā. l. ij. qō verum eſt ſi eſt delatū a parte parti. illud eni retractari nō poteſt. ff. eo. ad monendi. i.

q ¶ Amen. i. ſine defectu. ⁊ eſt nota aſſertionis.

r ¶ Teſtis eſt. In veteri teſtamēto iurabatur ſic. viuit deus viuit anima mea. Sic iurauit vidua que erat in ſarepta ſidonioꝝ̄ Helie prophete. Tēpore gratie in primitiua eccleſia iurabatur. teſtis eſt mihi deus. deum inuoco teſtem. xxij. q. i. ſi peccatū. ⁊. xxij. di. ſacroſanct. Hodie iuratur per deū per euangelia. lxiij. di. tibi domino. ⁊. i. q. vlt. c. vlt. t.

s ¶ Morior. hoc habes. xxij. q. i. nō eſt.

t ¶ Quedaꝫ. poſſet aliquis querere ex quo licite iuratur. quare prohibuit dominus iuramentū. Reſpondet papa quedam. ⁊c.

u ¶ Mala ſunt. Quedā enim illicita ſunt in ſui natura. quedā ciuiliter. i. iure poſitiuo uel cōſuetudinario. ff. de verb. ſig. probrum. arg. ff. de adult. ſi adulteriū. Sic quedā ſunt ſimoniaca ipſo iure. ſ. que in veteri teſtamento erant ꝓhibita et vendere ſpiritualia. i. q. i. qui ſtudet. quedā ſunt ꝓhibita per conſtitutioneꝫ eccleſie. ut dare aliquid pro benedictionib⁹ nubētium pro baptiſmo pro ponēdis platis in ſede. de his hēs plura exempla. j. de ſimo. cuꝫ in eccleſie corpore. ⁊. c. ſicut ꝑ cento. et. c. ad apoſtolicā. ⁊ hoc eſt qō dici conſueuit. quedaꝫ ſunt ſimoniaca quia ꝓhibita. quedam ſunt ꝓhibita: qꝛ ſimoniaca. ⁊ de hoc dicitur. ſ. de of fi. dele. ex parte.

x ¶ Ex cauſa. xxij. q i. ita ergo. C. ſi mācipi. ita venc. ne ꝓhi. l. i. ⁊ vlti.

y ¶ Sequuntur. Nota ꝙ aliquid prohibetur non ꝙ ipum ſit malū ſꝫ qꝛ inde pōt ſeq malū. ar. xxi. di. dēiqꝫ. ⁊. xxvij. di. iō xi. q. iij. nolite xli. q ſ qs. ij. q. vij. ꝑſumūt xxiiij. q. iij. de⁹ qui maledicit. inſti. vi bo. rap. §. ſed nedū Ar. ꝯtra. ff. qui et a quibuſ manu. li. nō fi. l. vlt. ⁊. ff. ō pac. ſi vnus. §. illud. Itē arg. ꝙ vno prohibito ꝓhibentur oīa per que peruenitur ad illud. ar. j. de clери. cōiu. diuerſis fallacijs. ⁊. ff. de cōdi. inſti. l. que ſub cōditione. §. ſi quiſ eo. ⁊ ff. de ſponſa. orātio ar. ff. de tuto. ⁊ cur. da. ab his ſcire. ⁊. ff de ho. liber. querit ⁊. ſ. de peu. tuc. Itē ar. ꝙ aliquo prohibito omnia ꝓhibētur que ſequunt ex illo. ſ. de cōſti. nam cōcupiſcentia.

a ¶ Cōfirmatio. ſic falſitas eſt imutatō veritatis. in aut. de inſtru. cau. ⁊ ſi. circa ꝑn. colla. vi.

b ¶ Ex cauſa. ar. ꝙ potius cōſiderāda eſt cā facti ꝙ ipum factū. xv. q. vi. c. i. in fi. ⁊. xxiij. q. viij. occidit. j. de accu. cuꝫ dilect⁹. ⁊. ff. de fur. l. verū. vin.

c ¶ Modico vino. de cō. di. v. ſint tibi. ar. ꝙ lꝫ hr̄e curā corꝑis moderatā ad exercitiū virtutū. ar. xliiij. di. multiſ. alias incipit. ꝯuiuia de conſe. di. ij. corporis. arg. modicū.

d ¶ Ceſſante cauſa. ꝓpter quā excludendā. ſ. periuriū introductuꝫ eſt ne iuretur. Si. n. cā eſſet ꝓpter quā habendā aliqd fieret. lꝫ ceſſaret cā illa. nō ideo ceſſaret id qō factū eſt ꝓpter illā cām. xxxij. q. vij tantū. ⁊. q. i. dixit dñs. uel ceſſante cā odioſa ⁊ cōtra ius ceſſat ⁊ ei⁹ effectus. dixit vin. vex eſt circa alias ꝑſonas. ſꝫ circa eandē ꝑſonā

nō ceſſat niſi ꝑuilegiū uel ↄceſſio tēdat ad noxā. et tūc expone v̄ba illa vez eſt ab initio. ſ; ſi ex poſtfacto icipit odiū nō ceſſat effect⁹.i. ꝓhibitio.ar.j.ꝺ deci.ſuggeſtū.ꝛ.lxiij.di.§.vez.ꝛ.ff.ꝺ vulg.ſubſti. ex facto.ſic plana ē glo.alias vez ē.ꝛ ita nō r̄ndet expoſitioī. dic ve rū eſt circa alias ꝑſonas q̄ nō habēt ꝑuilegia. ſ; circa eandē ꝑſonaz que h; ꝑuilegiū nō ceſſat ꝑuilegiū.i.ñ ꝑdit. niſi ꝑuilegiuz ipm uel ↄceſſio ten deret ad noxā ut di cūt tres ꝑdicte con cordā.ar.j.ꝺ elec.c. ſuggeſtū.lxiij.di.§. vez.de h̄ q̄liter itel ligat̄ dictū ē.ſ̄.ꝺ re nū.poſt trāſlationē ꝛ.lxi.di.§.his auc̄ti bus.uel dic ceſſāte cā.i.ceſſante ꝑiurio ceſſat ꝓhibitio.ꝛ in ſtāte neceſſitate ꝓ re v̄a licita ꝛ hone ſta licite iurat̄.ꝛ hic ē ſēſus hui⁹ lr̄e quā tū ad hūc caſum.

e Indulgem⁹.i.in dultū eſſe oſtēdimuſ iā olim.xxiij.q.ij. ſup prudētia.ꝛ.ſ̄.ꝺ teſti.tuiſ.ꝛ.c.cū nū cius.ꝛ.c.cū inſup.

f Sicut nr̄is.in cauta.ſic p; ꝙ aliqs in mortali pec cato exiſtēs ſi ꝓmo tus fuerit nō remo uet̄.ſ̄.de tēp.or.ex ꝑte.ꝛ.l.di.quicūq;. ꝛ ep̄us qui ↄmittit mortale peccatū nō remouet̄ ut qui ſine cā vult renūciare.ſ̄ de renū.niſi.ꝛ eſt ↄ̄ illud.lxxxi.di.q̄cū q;.ꝛ.c.p̄ce.ꝛ.xxxiij di.c.vl.ꝛ.l.di.ex pe nitēnb⁹.et ſic hmōi temeraria iuramēta nō repellūt a ꝓmo tione nec a teſtimo nio.ſ̄.de teſti.inti mauit.ꝛ.c.ↄſtituiſ ꝛ.ſ̄.de teſt.co.c.vl. vel dic ꝙ poti⁹ ↄſu lit̄ eccleſie q̄ ꝑſone ſ̄.ꝺ or.cog.cū dilect⁹. Itē in mortali peccato exiſtēs admittit̄ ad ac cuſandū.v.q.i.quidā.ꝛ h̄ fuit ad declarādā innocētiā illi⁹ infamati ꝑ libellū occulte ꝓiectū.ſ; iſti ſic ꝓmoti nō remouent̄ q꞉ hmōi cria leuia ſunt q̄ nō deijciūt ordinatoſ.lxviij.di.c.i.ꝓ quib⁹ iponit̄ ſolū nō pn̄ia ſaltē vni⁹ anni. ut.xxij.q.iiij.qui ſacro. q̄ aūt cria inducāt depoſitionē ꝛ q̄ nō notatū inuenies.ſ̄.de tē.or.ex tenore.ꝛ.c.vlt.ꝛ. xv.q.vlti.in ſumma.

g In damnū ep̄alis.ꝛ ſic p; ꝙ vacāte eccleſia canōici nihil poſſūt diſponere de reb⁹ ep̄at⁹ in ipius ꝑiudiciū.xij.q.ij.ſi q̄ de reb⁹.ꝛ.j. ne ſe.va.ꝑ to.nec reddit⁹ ep̄ales pn̄t diminuere.j.de re.ec.nō alie. ut ſup.imo nec ep̄s ipſe ut ibi dr̄.vn̄ quicquid factū fuerit in ꝑiudi ciū ep̄atus totū debet in ſtatū priſtinū reuocari.

h Reducas.imo ꝛ ip̄e idē tudertinus ep̄s poſſet reuocar̄.xij.q.ij. nō liceat.ꝛ.xxxv.q.ix.ꝙ qs ↄmiſit.ꝛ ſi ↄſenſit tanq̄ canonicus pōt poſtea tanq̄ ep̄s reuocare. q꞉ q̄ſi ante aditā hereditatē ↄſenſit. ar. ff.quoz lega.l.i.§.ꝙ ait pretor.nā quedā facit aliqs tanq̄ alius.ſ̄. de elec.quod ſicut.ꝛ.c.cū inter canonicos.ꝛ.ff.de adopt.ſi pater.§. qui duos.ff.eo.ſi conſul.

i Cum ↄtingat.ſanctiones.ut.ff.de fun.dota.l.iulianus.que ꝓ hibet alienationē fundi dotalis.ꝛ.C.ad velle.aut̄.ſiue a me.

k Debēt.ↄ̄ id qꝺ hic dicit ſignāt̄ multa ↄ̄ria. q꞉ regula vtriuſq; iu ris dic̄ ꝙ ↄ̄ leges ſit pro infecto habēdū eſt.x.di.vides.nec iuramē tū valet ↄ boc factū.ſ̄.de fo.ↄpe.ſi diligēti.ꝛ.C.de legi.nō dubiū ꝛ vbi ꝑncipale nō tenet nec acceſſoriū.ſ̄.de fi.inſtr.int̄ dilectos.cū ſuis ↄcor. Itē cū talis ↄtractus ſit a iure dānatus.ff.de fun.dota.l. lex iulia.ꝛ.C.ad velle.aut̄.ſiue a me.q̄liter iuramentū p̄ſtet robur ↄtractui.cū iuramētū nō ſit vinculū iniquitatis.xxij.q.iiij.int̄ cetera ꝛ.ſ̄.c.q̄ꝛto. nec eni illud ſuffic̄ ꝙ ſine interitu ſalutis et̄ne poſſit ſer

bis pagina indulgemus[e] quatenuſ uos ꝛ monaſterij ueſtri ↄuerſi poſ ſitis in cauſis eiuſdez deficientib⁹ alijs teſtibus pro ipſo perhibere teſtimonium ueritati.

Idem epiſcopo amelieñ.

Sicut noſtris eſt auribus inti matū: eccleſia tudertina uacā te ipſius canonici ꝛ epiſcopus euz eis dum eſſet in minoribus ordini bus conſtitutus iuramenta quedā in damnum epiſcopalis iuris fece runt priuſquā de pontificis electio ne tractatus aliquis haberetur: ꝛ i fra. Pro iuratione incauta[f] impo ni fecimus epiſcopo penitētiā con gruentē: ꝛ infra. Quia nō iuramē ta: ſed periuria potius ſūt dicenda que contra utilitatē eccleſiaſticam attētantur. Mādamus quatenus ab ipſis canonicis inquiras ſuper premiſſis diligentius ueritatē: ꝛ ſi ea inueneris eſſe uera: quod in dā nū[g] epiſcopalis iuris repereris ta liter attentatum: in ſtatum debituz appellatione remota reducas[h].

Idem.

Cum contingat interdū: ꝙ cō ſtante matrimonio mulieres alienationibus ſuper rebus dotali bus ꝛ donationibuſ propter nupti as conſentiant: ne ulterius contra ueniant proprio ſacramento firmā do: ac ſoluto proceſſu tēporis ma trimonio ↄtrauenire nitantur: utꝝ hoc eis liceat: a nobis.t.f. requiſi uit. Nos autē.f.t.t.r. ꝙ ꝛ ſi mulie ruz conſenſus in talib⁹ non uideat̄ obligatorius ſecūdū legitimas ſā ctiones[i]: ne tali tamē pretextu uiaz

nari.q꞉ illud fallit in temerarijs iuramētis.ſ̄.e.ex lr̄is.ꝛ fallit q̄nq; l; nō ſit te merariū.ſ̄.e.quēadmodū.ꝛ.c.q̄ntauallis.itē vbi qs iurat ſe ſolutuꝝ pecuniā ſpe future muneratōis pōt venire ↄ̄ iuramētū ſi ei nō ſoluat̄ ꝛ tn̄ pōt ſuari ſi ne interitu aīe.C.de nō nu.pe.indubitati. ſ; illud h; tacitā cōditionē ſi pecu nia fuerit ei numerata.itē ſi iurat illud qꝺ ſit turpe uel ↄ̄riū legi iuramētū eſt nullius momēti.ff.de leg.l.ſi qs inqlinos.in fi.itē vbi ꝑ iu ramētū inducit̄ alicui ꝑpetua viduitas iſtud nō tenet̄ ſerua re.ff.de iurepat.adigere. Ad h̄ dicas ꝙ lex cōſiderauit qꝺ ſit vtile corꝑi ꝛ honeſtū.nā ex pedit mulieribus ſaluas hr̄e dotes ſuas ut inueniant ali quos q̄bus nubeē poſſint.ff. ſo.ma.l.i.ſ; canō ↄſiderat vti litatē aīe. Vel dic ꝙ tūc ꝑiu dicat ei mulieri iuramētū q̄ñ aliūde pōt ↄſuli mulieri ut di citur in aut̄.ſiue a me. Io.ita ſoluit has ↄ̄rietates. Alit̄ po teſt dici ꝙ ſiue mulier poſſit ↄſulere aliūde ſibi ſiue ñ.pōt venire ↄ̄ iuramentū ſpōte ꝑ ſtitū ꝛ ſine dolo uel metu. Et l; ↄ̄tus talis nō videat̄ obli gatorius q̄tū eſt de ſui nā.tn̄ ſine aliq̄ turpitudine pōt ſua ri iuramentū ſup eo p̄ſtitum. vn̄ h̄ ↄſideram⁹ potius acceſ ſoriū q̄ ꝑncipale ꝓpter ꝑicu lū aīe ut hic dr̄.ſic alias obli gatio nō tenet tn̄ iuramentū ſup h̄ p̄ſtitū d; ſeruari.ſ̄.e. debitores. Preterea ꝓhibitō hmōi alienatōis fundi dota lis nō eſt ꝑpetua q꞉ ſi ſecūdo poſt biennū ↄſentiat mulier bn̄ tenet in aut̄.ꝑdicta.ſiue a me.vn̄ multo fortius iuramē tū pōt ↄfirmare qꝺ prius nō valebat.ꝛ q̄ſi ꝓ ↄſenſu ſecun do habeat̄.ꝛ illa ↄ̄ria ſupius inducta itelligunt̄ de illis q̄ ꝑ petuā habēt cāz ꝓhibitōis et in ſua nā turpia ſunt.ut p; ex ↄ̄rijs.vn̄ ſi iuramentū ibi int̄ ueniat nō t; cū ñ poſſit ſuari ſine iteritu aīe. ſimile huic lo co hēs.j.ꝺ pig.ſignificāte.ibi dr̄ ꝙ pactū legiſ ↄmiſſorie in pignorib⁹ nō tenet.qꝺ ē verū C.de pac.pig.l.i.ꝛ.iij.ꝛ tn̄ ſi iuramētū interueniat ſup pa cto tenet. nec audit̄ volēs ve nire ↄ̄ ut colligit̄ in decr.ꝑdicta.ſignificante.ar. a ↄ̄rio ſenſu. ꝛ ſic intelligas iſtam ꝛ illam.

contingat periurijs aperiri: mulie res ipſe ſeruare debent[k] huiuſmo di iuramēta ſine ui[l] ꝛ dolo ſpōte pre ſtita cū in alterius[m] preiudiciuz nō redūdent: nec obſeruata vergāt in diſpendiū ſalutis eterne. Idez.

Sicut: ꝛ infra. Si cōſtiterit: ꝙ predictuſ.h. iuſte[a] bellū mo uerit contra.j.ipſum.h. ſtudeatis inducere ut uniuerſa per huiuſmo di uiolētiā occupata reſtituat[b] con querenti ꝛ eū a preſtito ſibi iuramē to prorſus abſoluens. Quod ſi ac quieſcere noluerit: ipſum ad hoc ſi premiſſa ueritate nitūtur: cogatis per ſententiam excōicatiōis ꝛ terrā eius interdicti ſententie ſupponen tes. Iuramētū autem quod.j.ſe aſ ſerit preſtitiſſe: ſi de aſſenſu factum eſt utriuſq;: cum non ligat[c] qui pre ſtitit: dum ille cui preſtitū fuerit ſer uare negligit quod promiſit.

Idem in concilio generali.

Nimis de iure diuino quidaz laici uſurpare nituntur: cuz ui ros eccleſiaſticoſ nihil temporale[d] obtinentes ab eis ad preſtandum ſibi fidelitatis[e] iuramēta cōpellunt Quia ſecūduz apoſtolum ſeruus[f] ſuo domino ſtat aut cadit ſacri aut. ↄcili. ꝓhibemus: ne tales clerici ꝑ ſonis ſecularibus preſtare cogant̄ huiuſmodi iuramenta.

Honorius tertius.a.ꝛ.c.canoni cis antiochenis.

Petitio ur̄a nobis exhibita cō tinebat ꝙ eccleſia āntiochena uacāte: priceps antiochen⁹ timēs ↄſpirationes aliquas fieri contra euz.a uobis iuramētuz extorſit[g] ꝙ

l Sine vi.ar.ꝙ iuramentū metu uel vi p̄ſtitū nō eſt ſuandū. qꝺ iuris ſit di xi.ſ̄.qꝺ me.cau.abbas.ꝛ de h̄ dr̄.xv.q.vi.auctem.ꝛ.ſ̄.e.ꝑuenit.

m In alteri⁹ ꝑiudiciū.ſ.creditoꝝ uel filioꝝ.ar.a ↄ̄rio ſenſu.ſ̄.e.venientes.

a Sicut iniuſte.ꝛ iō ſaltē indirecte rōe peccati ſpectat hoc ad iudiciū eccle ſie.ſ̄.de iudi.nouit.quid ſi iuſtū bellū. habes.xxiij.q.ij.in ſumma.

b Reſtituat.q꞉ iniuſtū erat bellū.ſed ſi iuſtū fuiſſet bellū ſtatim res ſic occu pate eſſent ſue.xxiij.q.v.dicat.

c Ligat.q꞉ nō ſeruāti fidē fides nō eſt ſernāda.ſic.ſ̄.eo.ꝑuenit.ꝛ.c.quēad modū.q꞉ illa ↄditio ſubintelligēda eſt in h̄ iuramēto.ut notat̄ in.c.quēadmo dū.ar.ↄtra.xxxiij.q.v.qꝺ deo.ſed illud nō tangit hoc.

d Nimis tēporale.ſi tēporalia poſſiderent̄ a laicis in his ſunt minores illis ſ̄.de maio.ꝛ obe.ſolite.xviij.di.ſi ep̄s.h.

e Fidelitatis.imo nec clericis hoc iuramentū p̄ſtandū eſt.j.de ſimo.ex dili genti.ꝛ.j.de reg.iu.c.vl.ꝛ.ſ̄.e.ti.nullus.niſi in caſibus nōtis ibi.

f Seruus ſuo.ut.ij.q.i.multi.ad fi. ſi ſeruus ſtat ſuo dn̄o remunerādus eſt ab ipſo ſi cadit puniēdus.quaſi dicat ſi ſteterit remunerabit̄.ſi ceciderit iudi cabit̄ a dn̄o ſuo. Et ſic eſt arg. ꝙ laici nullaz habent iuriſdictionē in clericos nec etiam per conſenſuz clericoꝝ.ſ̄.de for.cōpe.ſi diligenti.ꝛ.c.ſignificaſti. vbi de hoc.

g Petitio.extorſit. Iuramentū per dolū ſiue metū extortū cum de hoc cō ſtiterit nō eſt ſeruandū.ſ̄.eo.cū contingat.in fi.ꝛ ſic cōfeſſio ex metu. xv.q. vi.c.i.ꝛ.xxxi.q.ij.lotharius.ſic ꝛ cōſenſus taliter extortus.nō valet.j.de pri uile.cū olim. Sed videtur ꝙ iuramentū in eo quod nō tangit negocia eccle ſie uel etiā propria ſit ſeruandū.licet ſit extortū cum poſſit ſeruari ſine interi tu anime.ſ̄.eo.ſi vero.ꝛ.c.ad noſtrā.ij.ꝛ.c.cum cōtingat.ꝛ.xxij.q.iiij.ſi aliq̄ ꝛ ita per tale iuramentū tenent̄ ꝙ nullā conſpirationē uel aliquod aliud qꝺ



BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

ſit contra ſtatutū principis procurabūt. ⁊ ad hoc alias de honeſtate tenerent̄ etiam ſine iuramento. ⁊ ita ſeruare tenentur iuramentū illud quantū ad hāc partem iuramenti licet fuiſſet extortum. ⁊ ſic eſt arg. ꝙ pro parte tenet iuramentū ⁊ pro parte nō. ⁊ ſic. ſ. de ma. ⁊ ob. dilecti. ⁊. xxij. q. iiij inter cetera. ſic ⁊ factū alicuius pro parte valet pro parte nō. j. de preben. dilectus. ſimilē declarationeꝫ habes. ſ. e. quāto.

b ¶ Declaramus. Declaratio iuramenti ſiue interpretatio: cū de ipſo dubitatur pertinet ad papā. ſ. eo. quanto. ſic. j. d ec. edi. c. vl. ſ. de elec. venerabilem. ad fi. Sic ⁊ in omni ſacramēto intelligitur excepta auctoritas pape. ſ. e. venientes. ⁊. ſ. de reſcrip. ꝯſtitutus Similit̄ ⁊ imperatoris. ff. ad munici. imperatores. ⁊ in cōſti. de feu. §. vlt. ⁊ idem cū dubitat̄ vtrū ſit licitū uel illicitū ſ. de elec. venerabilem.

i ¶ Specialibꝰ veſtris. Et nota ꝙ licet aliquis teneatur alicui per ſacramentū. tamē cōtra ſe nō tenetur uel cōtra eccleſiam ſuā vel etiaꝫ ꝯ cōmunitatē ſuaꝫ ut hic patet apte. arg. ſ. de poſtu. c. vlt. in fi. nā ⁊ in generali ſermone perſona loquens intelligit̄ excepta ut hic. ⁊. ff. de ſenat. l. i. §. i. et ff. loca. l. qui inſulā. §. vl. ⁊. C. de ſolu. inquiſitio. C. d ꝯſti. pe. aut̄. ſed ita. ⁊. ff. de cōdi. ⁊ demō. qui heredi. §. plautius ⁊ eſt arg. ꝙ ſi promiſi tibi dare turrē meam uel caſtrū contra omnē hominē. nō tamē teneor dare cōtra me. nā nemo tenet̄ alium plus diligere ꝙ̄ ſeipm̄. quia ordinata caritas a ſeipſo incipit. xxiij. q. v. ſi nō licet. ⁊ primo debet facere ſibi elemoſinā deide proximo. de pe. di. iij. ſane cauendum. ar. cōtra. ff. de pact. cuꝫ in eo eſſet. ⁊. ff. ſi ſerui. ven. altius. ⁊. ff. de neg. ge. ſi pupillus. §. vlt. in autē. ut diffe. iudic. §. ſi vero refutauerit. col. ix. ff. de pig. paulus. §. vlt. ⁊. j. de nat. ex libe. ven. c. vno contraria iſta ſpecialia ſunt.

contra ipſuꝫ non eſſetis decetero. ⁊ infra. Interpretatione congrua declaramus[b] uos iuramento huiuſmodi non teneri: quin pro iuribus ⁊ honoribus ipſius eccleſie: ac etiam ſpecialibus[i] ueſtris legittime defendendis contra ipſum principem ſtare libere ualeatis: coercendo uos a machinatione duntaxat: per quam idem princeps deberet leſionem perſone uel ſui amiſſionē incurrere principatus.

Idē archidia. ⁊ magiſtro. g. catulen.

Ex litteris ueſtris accepimus ꝙ ſuper cauſa uſurarū uobis pro. g. contra. e. ab ap. ſe. cōmiſſa non potuit per teſtes ab ipſius. g. parte productos de ſortis quantitate liquere: licet de obligatiōe pignoris conſtitiſſet. unde ſi expedire uideris: ꝙ exigatur de dicenda ueritate[k] a partibus iuramentum: cum ex fama[l] quaſi notorium habeatur: prefatum. e. ex quadam terra ipſius. g. ſibi titulo pignoris obligata ſortem ⁊ amplius[m] percepiſſe Ne igitur ex huiuſmodi iuramenti defcū iuſtitia occultata ueritate[n] ſuccumbat: Mandamus quatenꝰ partes ad preſtandum huiuſmodi iuramentum per cen. ec. ap. re. cogatis.

Idem colloc. archiepiſcopo ⁊

k Ex litteris. veritate. iuramentum iſtud de dicenda veritate preſtatur ſolūmodo in ſpiritualibus cauſis. ſic. ſ. de elec. dudum. ij. iuramentū eniꝫ de calumnia in talibus nō preſtatur. ſ. de iura. calum. litteras. requirit̄ etiaꝫ a prelato eccleſie de conſuetudine. precipue cum de facto ſuo agitur. alias nō videtur ꝙ prelatus ſit interrogandus. de hoc dixi. ſ. de elec. dudum. ij. ⁊ per iſtud iuramentū reſpondetur tantū de eo quod ſcit. vnde debet ſimplicit̄ reſpondere ſcio uel neſcio. ſed per iuramentuꝫ de calūnia reſpondet̄ de eo qd̄ credit uel exiſtimat. C. de iura. calū. l. ij. hoc iuramentū de veritate dicenda preſtat hodie prelatus in cauſa eccleſie in animā ſuam ⁊ capituli ſui in ſpiritualibus cauſis. ut habetur in quadā decre. extra compilationeꝫ que incipit. preſentium. ⁊c.

l ¶ Ex fama. Et ita patet ꝙ qualitercūqꝫ aliquid ſit diuulgatū per famam ſeu quaſi notorium nō ſufficit ad probationē. iiij. q. iij. §. item ſepe fit. ſed cū alijs adminiculis ſufficit. ſ. de teſti. preterea. tamē ſola fama ſufficit ad matrimonium impediendū. j. de cōſang. ⁊ affini. ſuper eo. ⁊. j. de ſpon. cū in tua.

m ¶ Amplius. Omne quod percipit̄ de rebus titulo pignoribus obligatis totum debet computari in ſortem ⁊ quid ſupereſt debet reſtitui. j. de pig. cū cōtra. ⁊. j. de vſur. c. i. ⁊. ij. deductis primo expenſis ut ibi dicitur. quia fructus tantum intelligunt̄ deductis expenſis. C. de fruct. ⁊ li. expen. l. i. ⁊. ff. ſo. ma. fructus. quia nullus caſus poteſt interuenire qui hoc genus deductionis impediat. ff. fami. hercif. fundus qui. imo fructus percepti ipſo iure pignus liberant. C. de diſtra. pig. l. i. ⁊ quicquid percipit̄ ex pignore cōputatur in ſortem. C. de pig. ac. l. i. ⁊. ij. ⁊. j. de pigno. ſignificante.

¶ Veritate. Hec eſt cauſa quare hoc iuramentū exigit̄. ut. ſ. veritas reuelet̄ timore iuramēti. ſic ex eadē cauſa teſtes qui cōpelluntur alias nō cōpellerentur. xiiij. q. ij. ꝙ̄ꝙ̄. ⁊. ſ. de teſti. co. c. vlti. ⁊ per totū. ⁊ quia mortale peccatum eſt occultare veritatē. xi. q. iij. quiſquis. ⁊. j. de cri. fal. c. i. ⁊ quia cauſa vſurarum eſt quaſi ſpūalis cum ſit eccleſiaſtica iuramentū de veritate dicenda exigitur ⁊ nō de calumnia. Nec colligitur h ꝙ iuramentū de calūnia hic preſtitum fuiſſet ut quidā dicunt. ſi tn̄ de calūnia ⁊ veritate ſimul iuraretur nō crederē eſſe peccatū tam in ciuili ꝙ̄ in ſpirituali. nec offenderetur ordo iuris immo vtile eſſet. ⁊ ſi hic iuratū fuiſſet de calūnia ſuperfluū non eſſet iuramentū poſtea de veritate preſtitū. quia ad diuerſa referūtur. q2 eque p̄iudicat cōfeſſio de crudelitate ſicut de veritate. dubitatō huius iuramenti forte fuit. q2 non fuit preſtitum debito tempore. ſcilicet ſtatim poſt litis conteſt. ſicut iuramentū de calumnia preſtatur. vnde queſitum fuit an poſtea debeat preſtari. ⁊ ſic patet ꝙ tunc poteſt preſtari iuramentū de veritate ſiue de calūnia anteꝙ̄ ſit in cauſa concluſuꝫ. nec eſt de ſubſtantia ordinis iudiciarij ꝙ ſtatim lite cōteſta. preſtetur. b.

eius ſuffraganeis.

Intellecto iam dudum: ꝙ cariſſimꝰ in chriſto filius noſter ungarie rex illuſtris alienationes quaſdam fecerit in preiudicium regni[o] ſui ⁊ contra regis honorem: nos eidem regi dirigimus ſcripta noſtra: ut alienationes predictas non obſtante iuramento ſi quod fecit de non reuocandis eiſdē ſtudeat reuocare: quia cuꝫ teneatur ⁊ in ſua coronatione iurauerit iura regni ſui ⁊ honorem corone illibata ſeruare: illicituꝫ profecto fuit ſi preſtitit de non reuocādis alienationibus huiuſmodi iuramentuꝫ ⁊ propterea penitus non ſeruandum[a].

Grego. ix. epō cenomañ.

Mulieri que in iure preſtito iuramento aſſeruit uirum taleꝫ in ipſam per uerba de preſenti matrimonialiter cōſenſiſſe: probationes alias non habenti uiro ab eiꝰ impetitione per ſententiam abſoluto[b]: nec debes licentiam dare cū alio matrimonium contrahendi: ne auctor piurij[c] uidearis: nec hoc ei dicimus prohibendum ne forte ſi falſum iurauerit: matrimonium contingat legittimum impediri: ſed ſue conſcientie eſt potius relinquenda.

Idem.

o Intellecto. regni. ſic et epiſcopi iurāt in ſua cōſecratiōe ꝙ iura ſui epiſcopatuſ nō alienabunt. j. de eccle. edi. c. vlt. ⁊. j. de re. eccle. nō alie. ut ſuper. et quod de nouo non infeudabūt j. de feu. c. ij. immo et ſi ſuſpectus eſſet de dilapidatōne debet cautionem preſtare. xxviij. diſ. de ſyracuſane. Sic ergo patet ꝙ iuramētum iſtius regis in coronatione ſua licitum et honeſtum fuit. ergo ſecunduꝫ in contrarium preſtitum fuit illicituꝫ. ſ. eo. tua. i. quia cōtra canonica inſtituta fuit preſtitum: et ideo non ſeruandū ſic. ſ. de for. comp. ſi diligenti. ⁊. ſ. eo. eam te. quia vnum contrariorū eſt bonuꝫ reliquū eſt malum. viij. q. i. ſciendum. ⁊. xxxij. di. hoſpiciolum. quandoqꝫ tamē vtrunqꝫ cōtrariorum bonū eſt ut nubere ⁊ non nubere. xxviij. queſti. i. ſic enim neqꝫ vltra vnam columnā huiuſmodi eniꝫ iuramenta que fiunt in damnū ſue dignitatis nō iuramenta ſed periuria ſiue temeraria ſunt cenſenda. ſ. e. ſicut noſtriſ. ij. vnde ille qui preſtitit ſua auctoritate poteſt venire cōtra ⁊ reuocare male alienata ut ibi dictum eſt. immo tenetur ad hoc ex iuramento prius preſtito ⁊ ex officio ſibi cōmiſſo. xxxv. q. ix. quod quis ꝯmiſit. ⁊ ſic eſt ar. ꝙ iuramentū factum per metū ſuper rebus eccleſie non repetēdis nō obligat. ſ. eo. peruenit. i.

a ¶ No ſeruandū. q2 in malis p̄miſſis reſcinde fidem. xxij. q. iiij. in malis. ⁊ per totā illam queſtionē.

b ¶ Mulieri abſoluto. q2 actore nō p̄bante reus dꝫ abſolui. j. ut ec. benefi. ut nřm. ⁊. ſ. de cau. poſ. cū eccleſia. ⁊. C. de edē. q accuſare. ⁊. j. e. c. vlt. §. i. Quid ſi mulier iſta hūiſſet vnū bonū teſtē: nūqd deferet̄ ei iuramētū: vr̄ ꝙ ſic. ſ. de p̄ba. ſicut ꝯſuetudo. ⁊. C. de re. credi. in bone. ⁊. j. e. c. vlt. in tali caſu nō dico iuramentū deferendū ꝙ̄tūcunqꝫ honeſta ſit pſona. q2 hic agit̄ quaſi de ſtatu hoīs cū per hoc ſuitus ꝯſtituatur in ipſo. nec cauſa dr̄ modica q2 iuramēta deferunt̄ inſpectis circūſtantijs cauſe ⁊ perſonaꝝ. j. e. c. vlti.

c ¶ Periurij. ſic. ſ. e. ſi vō. ⁊. C. ſi aduer. vē. l. i. nec dꝫ eccleſia vīaꝫ piurijs apire ꝙ̄ periuria vetat. C. de indic. vi. l. ij. in fi. ⁊. ſ. e. ti. cū cōtingat. ne ide iniuriaꝝ naſcat̄ occaſio vn̄ iura naſcunt̄. j. de accu. q̄liē ⁊ qn̄. i. ⁊. C. vn̄ vi. meminerit. ⁊ eccleſia nō dꝫ alicui laqueū iniicere. xxvij. q. i. d viduis. ij. qd̄ faceret ſi daret ei licētiā ꝯhendi ꝯ id qd̄ iurauit. imo eccleſia dꝫ ei ſuadere ut ꝯ p̄priū nō veniat iuramētū. ar. p̄dicti. c. de viduis. rōe huius p̄ſumptōis. q2 de nāe p̄ſumendū ē ꝙ ſit imemor ſue ſalutis. i. q. vij. ſancimꝰ. ſꝫ nō dꝫ ei ꝯpſſe p̄hibere p̄pter aliā p̄ſumptionē ꝙ̄ poſſet eē in ꝯriū. q2 potuit eſſe ꝙ falſū iurauit cū legitie poſſit ꝯhere ſi falſū fuit qd̄ iurauit. q2 periuri ⁊ crioſi ⁊ iudei qui ſunt ex̄ eccleſiā poſſunt ꝯhere matrimoniū. xxvi. di. deinde opponit̄. ⁊. j. de diuor. gaudemꝰ. ⁊. j. de ꝯſang. ⁊ affi. de infidelibꝰ. ⁊ ſic due p̄ſumptiones ꝯrie hic ꝯcurrunt ⁊ neutra p̄ponderat alteri. ſimile. ſ. de elect. cū inter. r. quādoqꝫ tn̄ vna p̄ſumptio elidit aliā. ſ. de pſcrip. lr̄as. ⁊. ff. d in integ. reſti. diuus. Quid ergo faciet eccleſia: taceat. ſic. j. de cog ſpi. ſup eo. in fi. ſicut ſpūalis homo tacet q2 mētiri timet. timet etiā ne ille qui ad mortē querit̄ occidat̄. xxij. q. ij. ne quis arbitret̄. Relinquat̄ ergo ꝯſcie ſue. ipſa eniꝫ ſcit an ꝯtrahere poſſit ſi verū eſt qd̄ iurauit nullū poteſt cōtrahere

Clericuſ qui iurauit ſe ſtatuta in eccleſia ſua edita ſeruaturū promittens per idem iuramētum[a] ſtatutum quod poſtmodum ſubſecutum eſt fideliter obſeruare: licet tranſgredi non debuerat quod[c] promiſit: non tenetur ad illius obſeruantiā ex debito preſtiti iuramēti.

Idem. h. iudi.

Iuramētū a te parti[f] delatum niſi iuſta[g] de cauſa non potuit recuſari quāuis quod in iudicio a parte parti defertur recuſari poſſit licite ac referri: nec liceat conuento famoſa[h] actione referre huiuſmodi iuſiurādū. Sane ſi actor oīno[i] i probatiōe defecerit: reus debet etſi nihil preſtiterit obtinere. preſūptiōe uero faciente pro[a] illo reo deferri pōt ad oſtendēdā ſuā innocētiā iuramētū niſi iudex inſpectis perſonaꝝ ⁊ cauſe circūſtātijs illud actori uideat deferendum.

De exceptiōibus. Celeſtinꝰ. iij.

Cum enim ꝙ in dicta ⁊ perſonas teſtiū: ⁊ infra. Si crimina teſtibus obijciūtur[b] de quibus nō fuerāt hactenus accuſati[c]: ſed tantum per exceptionem opponuntur: probatio illorum criminum exhibenda[d] eſt antequam cauſa per ſententiam[e] terminetur cum[f] ſicut[g] canonica inſtituta declarant teſtes abſqꝫ ulla[h] infamia uel ſuſpitione uel manifeſta macula in ferēdo teſtimonio requirātꝰ. Quod ſi ſola crimina de quibus alio tempore conuicti uel cōfeſſi[i] fuerunt: teſtibꝰ obijciūtꝰ: a teſtimonio repelli poſſūt: qꝛ ſicut ſtephanꝰ[k] papa ⁊ alij pōtifices multi ro. teſtātꝰ nō eſt credēdū cōtra alios eorū cōfeſſiōi niſi prius ſe probauerit inocētes[l].

matrimoniū quo ad deū. ſed ſi falſum eſt. bene poteſt cōtrahere ut eſt probatū. Lau. dicebat in hac queſtione. ꝙ bene poterat contrahere ⁊ dari licentia contrahēdi. ⁊ hoc tali iuramēto. nam qui vendicat rem. dicit per conſequentiā aliuꝫ poſſidere. ſ. de iudi. examinata. tamē poteſt redire ad interdictum vti poſſidetis. ff. de acquirē. poſ. naturaliter. §. nihil. ſed errabat. q enim rem vendicat hoc facit ratiōe dominij qđ habet uel credit ſe habere. ſic ⁊ mulier que petit aliquē. hoc facit ratiōe ſeruitutis. quā in eo acquiſiuit per conſenſum mutuuꝫ de preſēti. ⁊ hoc notauit Laurē. de clādeſti. matri. in antiqua cōpilatiōe. c. i. li. i. b.

d Clericus. ideꝫ iuramentū iā preſtitum.

c Quod promiſit. Iſte clericus iurauit ſe ſeruaturū ſtatuta tūc edita in eccleſia ſua ⁊ poſt preſtitum iuramentuꝫ promiſit per idē iuramentum ſeruare ſtatuta que poſtea ſtatuerentur. Ex h patet ꝙ iuramentū non extēditur. niſi ad ea tantum de quibꝰ eſt cogitatum ⁊ dictū fuit. ⁊ nō ad ea que poſtea accidunt. ar. ſ. e. quēadmodum. ⁊ c. ad noſtrā. ij. ſic ⁊ tranſactio ad ea tantū de quibꝰ actū eſt ⁊ pactum extenditur. ff. de trāſac. cū acquiliana. ⁊ l. qui cū tutoribus. ⁊ ff. de pac. tres fratres. ⁊ C. de trāſac. ſi de certa re. ⁊ ſ. de teſti. c. de teſtibus. Sed licet ex debito illiꝰ iuramenti non teneatꝰ ſeruare ſtatuta poſtmodū edita. tenetꝰ tn̄ ſeruare illa ex ſua promiſſione. quia inter ſimplicē loquelaꝫ ⁊ iuramentū non facit deꝰ differentiā. xxij. q. v. iuramenti. nec refert quantū ad obſeruationeꝫ. an per iuramentū an per ſolam fidem promiſſaꝫ ſit aſtrictus. Et eque etiam puniretꝰ. ſi nō ſeruaret promiſſum. j. de fideiuſſo. peruenit. ⁊ ſ. quod me. cā ad aures. Credo tamen ꝙ maior penitētia imponetꝰ ei qui venit cōtra iuramentum ꝙ̄ ei qui venit cōtra fidem. tantū ſine iuramento. quia magis contemnere videtur.

f Iuramentū a te parti. loquitur iudici. Nota ꝙ iuramentū aliud eſt voluntarium. aliud neceſſarium. aliud iudiciale. Voluntariū eſt quod pars defert parti extra iudicium. ⁊ dicitur voluntarium quod voluntarie defertꝰ ⁊ voluntarie ſuſcipitꝰ. nec refertꝰ. i. is cui refertꝰ non poteſt cogi ſubire iuramentū. ſic exponitꝰ in ſequenti cōcordantia. ff. de iureiur. iuſiurandum quod. ſed de hoc non dicitur hic. Neceſſarium dicitꝰ quod defertur a iudice in defectum probationis. nec poteſt referri uel recuſari. niſi iuſta de cauſa. ut hic in prima linea. ⁊ C. e. l. generalitꝰ. §. fin autē. ⁊ poteſt appellari. niſi recuſatio admittatur. ut ibi dicitur. de hoc habes. ſ. de procu. ex inſinuatione. ⁊ ſ. de pba. c. ij. ⁊ C. e. in bonefidei. Iudiciale dicitur a iudicio ꝙ pars defert parti in iudicio quod non eſt neceſſariū ſubire uel referre. ut hic. v. ꝙuis ꝙ. ⁊ l. predi. generaliter. §. fin aūt. Sꝫ ſi reꝰ retulerit iuramentuꝫ actori neceſſe hꝫ iurare. alias pretor ei denegabit actionē. ff. eo. iuſiurandū. §. ait pretor. immo procedetur quaſi iuraſſet reus. C. eo. generaliter. §. omne. olim non poterat recuſari. ff. e. ti. manifeſte. ⁊ C. e. dilata. Sed illud poteſt intelligi cū iam ſuſceptum eſt iuramentū. uel hoc nouum ius. illud vero vetꝰ. Et nota ꝙ poſt iuramentuꝫ a iudice delatum parti ⁊ preſtitū a parte parti. poteſt recedi ab eo propter nouas probationes. ſed poſt iuramentū delatū a parte parti ⁊ pſtitū ab eo n̄ pōt recedi. ff. e. admonēdi. Itē pcurator. niſi ſit vniuerſoꝝ bonoꝝ. uel niſi ſpecialiter mādatū ſit iuſiurādū deferre nō pōt. ff. e. iuſiurandū qđ. §. pcurator.

g Niſi iuſta de cā. puta quia dubitat ꝙ hoc iuramentū eſt de veritate. ff. e. ti. iuſiurandum. ⁊ ad pecunias. i. reſponſo. ff. re. amo. marcellus. ⁊ ſic pretor iuramentū de calumnia iuratꝰ de veritate ab altera parte in iſto caſu. ſi. ſ. e. de teſti. vltra. b.

h Famoſa actione. ut in actione furti ⁊ alijs famoſis actionibus ⁊ actione reꝝ amotarum non refertur iuramentū. ut. ff. re. amota. l. marcellus. §. ul. ⁊ ll. ſequentibus. ⁊ idem eſt vbicunqꝫ lex defert iuſiurandum. C. de fideicō. l. ulti. ⁊ C. de iure delibe. ſancimus. §. licentia. ⁊ C. de iure do. impe. l. ul. C. de his qui ad eccle. confu. preſenti. §. ſicubi. ⁊ C. de bo. auc. iu. poſ. l. fi. §. ult. niſi eadem. l. permittatur referendi poteſtas. Itē ⁊ illud ſcias ꝙ qui iuſiurandū defert primo iurabit ꝙ per calumniā nō defert. ut in. l. pdicta. marcellus. ⁊ C. de fideicom. l. ul. ⁊ ff. e. iuſiurandum. §. qui iuſiurandum.

i Omnino in probatione. Nota ꝙ ſi actor omnino nihil probat nec habet preſumptionem reus. ⁊ ſi nihil preſtiterit. abſoluitur. ſic. ſ. de cauſa poſ. cum eccleſia. ⁊ j. ut eccle. bene. ut noſtrū. ⁊ ſ. e. mulieri. ⁊ C. de eden. qui accuſare. Si vero actor habet preſumptionem pro ſe ⁊ contra reum. tunc contra taleꝫ preſumptioneꝫ defertur a iudice reo iuramentum ad purgandam innocentiam ſuam. ut hic dicit expreſſe. ⁊ C. de his qui ad ec. confu. preſenti §. ſicubi. ⁊ C. e. in bone. que intelligitur ſcōm iſtum. §. ut quandoqꝫ referatur reo. quādoqꝫ actori. quia non diſtinguitur ibi. ⁊ actori quandoqꝫ defertur iuramentum in defectum probationis. puta cum habet vnam bonaꝫ preſumptionem. ſiue vnū bonuꝫ ⁊ honeſtum teſteꝫ. tunc habito reſpectu ad quantitatē cauſe et qualitatem perſone. ut nō ſit preſumptio ꝙ pro tanto debeat deierare. defertur iuramētuꝫ ipſi actori. ad hoc preſtat optimum ar. ff. de litigi. tuto. legitimos. ⁊ ſ. de renuncia. ſuper hoc. in fi. ⁊ ſ. de procu. ex inſinuatione. ⁊ ſic intelligitur. ſ. de probat. ſicut conſuetudo. b.

a Pro illo. ſ. pro actore.

b Cum enim. obijciuntur hāc decre. intellige ſcōm tenorem illiꝰ decre. ſ. de teſti. teſtimoniū. ⁊ ſꝫ tenorē illiꝰ decre. pritū. ſ. de teſti.

c Accuſati. Si enim accuſati ⁊ confeſſi vel cōuicti fuiſſent indiſtincte repellerentur. etiam ſine alia probatione ſi hoc conſtaret. ut. ſ. de teſti. teſtimoniū ⁊ c. ſup eū. Item ar. cōtra. iiij. q. iij. §. item lege iulia. So. aliud ſm leges vbi non repellitur ab obiectu criminis. niſi condemnatus fuiſſet ⁊ infamis effectus ſm canones ſufficit ſi probetur criminoſus.

d Exhibenda. ſtatim vel infra terminum competentē a iudice ſtatuendum ſ. de proba. licet. ⁊ ſ. de offi. dele. prudentiā. §. ſexta. ar. ſeruata. di. illius aut. C. de teſti. autꝰ. ſi dicatur. b.

e Per ſententiam. Quidā dicunt ut. t. ꝙ hoc eſt verū ꝺ illa exceptione. que obijcitꝰ in perſonam teſtis. que ante ſententiā debet probari. illa vero que in dicta teſtium opponitur. ſ. cum teſtis arguitur de falſo. uel actor vſus fuerit falſis teſtibus uel inſtrumentis vſqꝫ ad. xx. annum poteſt opponi. C. de fal. querelā. ⁊ j. e. cum venerabilis. ſed in cauſa matrimoniali in infinituꝫ poſſet agi de falſo. quia ſentētia lata contra matrimoniū nō trāſit in rē iudicatā per tractum temporis. j. de re iudi. lator. ⁊ c. cōſanguinei. j. de eo qui dux. in ma. cum haberet. ⁊ xxxv. q. ix. §. his ita reſpōdetur. Sed ſi de falſo ante ſententiam fuerit obiectū ⁊ non probatum. poſt ſententiam opponi nō poteſt. niſi appellatum fuerit. C. de fi. inſtru. l. ul. ⁊ idem videtur dicendum. ut alij dicunt de hac exceptione que opponitꝰ in perſonas teſtiū. ſ. ꝙ in cauſa appellationis iterū poſſet opponi. nam in cauſa appellationis poteſt opponi exceptio peremptoria que debuit proponi ante ſentētiam. C. ſen. reſcin. non poſ. l. ij. ſed hec eſt exceptio peremptoria ſaltem per obliquuꝫ ſiue indirecte. quia probato ꝙ teſtes ſint periuri uel alias criminoſi nō debent admitti. alias videretꝰ ꝙ hec exceptio eſſet dilatoria quod non eſt veruꝫ. ⁊ preterea potuit eſſe ꝙ iſta ignorabat in priori iudicio. ⁊ poſt appellationem didicit ꝙ modo obijcit. vnde ſaltem cum iuramento. ſi hoc ante aperturam non fuit proteſtatus debet admitti. ſ. de teſti. preſentium. ⁊ quod dicit hic. anteꝙ̄ cauſa per ſententiam terminetur. ſupple. niſi fuerit appellatū alias veruꝫ eſt quod hic dicitur. ꝙ citra appellationem nō audiretur.

f Cum ſicut. ſupple. que. ſ. crimina obiecta ſi probata fuerint. teſtes repellūtur. ⁊ ſubdit cauſam cum. i. quia teſtes abſqꝫ ulla ⁊c̄.

g Sicut canonica ⁊c̄. ⁊ ſic lege hanc litteram.

h Abſqꝫ nulla infamia uel ſuſpitione. ut. ij. q. vij. teſtes. ⁊ q. iiij. preſul. ⁊ illa ſunt canonica inſtituta. de quibus hic loquitur.

i Confeſſi. vnde repelluntur ſi hec oſtendatur ſine aliqua probatione. ſ. de teſti teſtimonium. idem erit ⁊ ſi modo cōmunicantur. ut in predicto. c. teſtimonium. ⁊ intellige iſtum. §. ſcōm tenorem iſtius. c. teſtimoniū. ut ibi dixi. ut. ſ. ſi i crimine perſeuerāt. repellantur ⁊ in ciuili ⁊ in criminali ſi ſunt emendati admittantꝰ in ciuili ⁊ criminali cū ciuiliter agitur. dūmodo ipſos non cōmittetur in infamia. ⁊ hoc eſt qđ ſequitꝰ in fi. §. niſi prius ⁊c̄. In criminali vero nullo modo quantumcunqꝫ egerint penitentiam ut ibi.

k Stephanus. iij. q. xi. c. i. ij. ⁊ iij.

l Innocentes. ſi fuerint conuicti per teſtes non videtur ꝙ poſſint probare ſe non eſſe talis. quia talis negatiua nō admittitur cōtra teſtes. ſ. de proba. ad noſtram. ⁊ ſi fuerint confeſſi. non poſſunt probare contrariū. quod eniꝫ quiſquis ſua voce dilucide proteſtatus eſt. in eundem caſum proprio teſtimonio infirmare non poteſt. ſ. ꝺ pba. per tuas ⁊ C. de nō nume. pecu. generaliter. quia cōfeſſioni prime ſtandū eſt. ſ. de preſump. litteras. ⁊ expone innocētes.

ℭCeterum[m] ſi de criminib⁹ ad ſo lam exceptionẽ obiectis teſtes cõ/ uicti fuerint ſiue confeſſi[n]: pena[o] or dinaria mulctari nõ debẽt cũ accu ſatio in ipſos ſecũdum iuris ordi/ nẽ non procedat. Sufficit ergo ſi a perhibendo teſtimonio repellant preſertim ubi crimẽ quod eis obij citur: cãm de qua agit̃ contingere[p] non uidetur.

IInno. terti⁹ archidiacono. riche/ mundie.

ANobis ex parte tua fuit que/ ſitum: utrum is qui excõicato in locutione uel oratione ſciẽter cõ municat excõicatũ ipſũ a ſua poſſit accuſatiõe[q] repellere: cum ille com munionẽ huiuſmodi replicet con tra eum. ℭNos igit̃ inquiſitioni tue taliter reſpõdem⁹: q ipſe ab ac cuſatione illi⁹ poterit remoueri cũ prim⁹ a cõione fideliũ ſit excluſus ſecũdus uero tantum a ſacramen/ torum[a] participatiõe ſit remotus.

ℭIdem audicen̄. epiſcopo.

CUm eccleſiaſtice prouiſionis officium. ⁊ infra. Mandam⁹ quatenus ia. faciatis prebende il lius de qua per. c. pre. n. noſcitur inueſtitus pacifica poſſeſſione gau dere: cum exceptionem illam: q prefatus. j. in alia eccleſia benefici uꝫ poſſidet: ei non poſſint oppone re[b]: quos conſtat uaria beneficia i diuerſis eccleſijs obtinere.

IIdem epiſcopo elienſi.

PAſtoralis: ⁊ infra. Quoniaꝫ per dilatorias exceptiões ma litioſe nonnunquã cauſaruꝫ termi natio prorogatur: inquiſitioni. t. reſpondendo decernimus: ut in/ fra certuꝫ tempus a iudice aſſignã dum omnes dilatorie[c] proponan/ tur: ita q ſi partes extunc[d] uoluerit aliquas opponere quas non fue/ rint proteſtate[e]: nullaten⁹ audiãt[f]:

ſcilicet per penitentiam. ſ. de teſti. teſtimonium. Littera iſta. niſi prius ſe pro bauerint innocentes. ſic debet intelligi. ideſt niſi ꝓbauerint ſe emendatos d crimine ⁊ egiſſe penitentiam. ⁊ hoc ſi fuerint innocentes reputãtur. ⁊ ita de/ mum admittuntur. ut dictum eſt in notula. ꝑx. vnde nõ obſtante eo qd cõfeſ ſi uel cõuicti fuerint. ⁊ hoc ꝓbare poſſunt per ſacerdotẽ ſuũ. l. di. in capite. ⁊ ij. q. i. ſi peccauerit. in fi. ⁊. j. d ſimo. nemo.

m ℭCeterum. reſponſio taci/ te queſtiõis. poſſet aliqs que rere. an teſtes quib⁹ crimina probantur in modum exce/ ptionis ſint propter hoc pu/ niendi. reſpondetur q non.

n ℭSiue confeſſi. ex eo q di/ cit confeſſi. eſt opti. argu. q teſtes tenentur reſpondere an ſint crimĩoſi. quia ſi tenẽ tur confiteri cum opponitur exceptio contra eos. ut innu it hec littera. multo forti⁹ qñ examinatur. de hoc dixi. ſ. d teſti. cum cauſam. ⁊ quod di/ cit confeſſi. intellige quando examinabantur ⁊ interroga/ ti fuerunt a iudice ſuper cri/ mine. ⁊ ipſi ſunt confeſſi. licꝫ reſpondere non tenerentur. ⁊ ideo non creditur eis cum iaceant in crimine. uel dic q debẽt interrogari quãdo cri/ mina in modum exceptionis teſtibus opponũtur ut dictũ eſt. cum littera ipſa hoc dicat ſed illud nunq̃ vidi fieri. Et eſt ar. q ſi iudex recuſetur co ram arbitris, poteſt ab eo queri. ⁊ dꝫ inde dicere veritatẽ. ⁊ h vidi fieri ſepe.

o ℭPena ordinaria. ut. ſ. de or. cog. cum dilectus. vbi de hoc. ff. de his qui no. infa. lucius.

p ℭContingere. Si enim crimen quod obijcitur teſti. ꝯtingit cauſaꝫ de qua agitur nõ ſolũ repellit̃ ſed etiã punitur. ſicut cuꝫ vir accuſat vxorem de adul/ terio. ⁊ ipſa excipit d lenocinio quod ipſe tradidit eã adulterandã. ff. de adul te. l. ij. §. ſi publico. ſic ⁊ teſtis q in teſtificando vacillauerit ſiue falſuꝫ dixerit. punitur. C. de teſti. nullum. ⁊. iiij. q. iij. §. item qui falſo. ſi. ſ. de cõfeſ. cuꝫ ſup ⁊. ſ. de elec. ſuper eo. ⁊. c. ꝑ inquiſitionẽ. ar. alias puniri non dꝫ. quia nõ agit̃ de hoc. ut hic dicit. ſed in eo in quo agit̃. ſ. quia repellitur a teſtimonio.

q ANobis. ⁊ ipſe ab accuſatione. Dubitatio fuit in hoc. cum enim prius cõ municauerit ei. non videbatur poſtea ei obijcere poſſe excõmunicatio/ nem cum approbauerit mores illius. j. de accuſa. nulli. ſ. de iureiuran. quẽad modum. ⁊. ff. de adulte. ſi vxor. in fi. ⁊. ff. de nego. ge. pomponius. i. viij. q. ij. dilectiſſimi. xxxij. q. v. horrendus. ⁊. iiij. q. iij. §. item ſi quis teſtibus. ⁊. j. de his que fiũt a ma. par. ca. ex ore. Item non debet alij obijcere quod ipſe no/ luit ſeruare. j. de preben. pro illorum. ⁊. j. c. proxi. ⁊. j. de appel. an ſit. ⁊. ſ. de elec. bone. i. Sed his omnibus poteſt reſponderi cum auguſtino. nõnullos ſuſtinemus. quos inuiti tolleramus. xxiij. q. iiij. quiſquis. Preterea alia eſt ſolutio. predicta locum habent in accuſationibus. ut. j. de ſen. excõ. in preſen tia. ut ſi aliquis participauerit excõmunicato. non poteſt ei poſtea opponere excõmunicationem. uel ipſum denunciare. cum ipſum non duxerit euitan/ dum. ſic loquit̃ illa decre. in preſentia. ſecus in exceptionibus. ut hic quia licꝫ re⁹ ſit excõicatus minori excõicatione ſiue etiam maiori. poteſt excipere ꝯtra actorem. cum quelibet legittima defenſio ſit ei reſeruata. j. eo. cum inter. ⁊. c. dilecti. ⁊. c. vlti. innuit̃ hic ubi dicit. ſecũdus vero. ⁊c̃. q ſi accuſatus eſſet ma iori excõicatione notatus non poſſet ſuũ accuſatoreꝫ repellere a ſua accuſati one. quod nõ eſt verũ ut dicunt iura proxime dicta ⁊ alia plura. ut patet. j. c. dilecte. ſignificauerunt. quia nec infamis infamẽ. nec criminoſus criminoſũ poteſt accuſare. xxxij. q. vi. nihil iniquius. ⁊. iij. q. vij. iudicet. ⁊. j. de adult. c. penult. ⁊ vlti. ⁊. C. de adult. quoniã alexandrũ. vnde ſupple ibi maxime. Se cundus vero a ſacramentorũ cõmunione. maxime quia idem eſſet ſi eſſet re motus a cõmunione fidelium. licet Gratian⁹ eſſet in cõtraria opinione: per id quod legitur. ij. q. vij. alieni. quod patet in hoc. §. qui eſt cõtra. ſed illud eſt ſpeciale. Fallit tamen vbi ꝓſequitur quis iniuriam ſuam. iiij. q. vi. omnibus Item fallit in epiſcopo. ut. j. de accu. nulli. ⁊ illud fuit ſtatutũ in odiuꝫ epiſco porũ. quia nõ debent habere prauos homines ⁊ viles in familia ſua. ij. q. vij. circa paſtoris.

a ℭA ſacramentorum. j. de ſen. excõ. ſignificauit ꝯtra. ſed illud videtur eſſe ſpe ciale in excõicatis a papa. uel poteſt habere locũ quãdo cõicat ei pro quo ex/ cõicatus eſt. j. de ſen. excõ. nuper. ⁊. c. ſi concubine. uel ibi fuit excõicatus cũ omnibus fautoribus ſuis. xi. q. iij. excellentiſſimus.

betur in dotibus ſuis. j. de do. poſt diuor. reſt. nuper. j. de pigno. ex lr̄is. ⁊ ſic
iſti quatuor caſus ꝓpter fauorem excipiuntur.

l Ex delegata. in delegata iuriſdictōe ſecus q̄ꝫ in ordinaria: q̄ vtraqꝫ pēdet
a ſupiore: ut. ff. de re iudi. duo iudices. in cōpromiſſo v̄o neutra ualet: ut. ff. ḋ
arbi. dic.§. ſi plures. Sꝫ que eſt rō diuerſitatis quare ſnia ordinarioꝝ teneat
⁊ non delegatoꝝ ſed pendet a ſupiore et ſnia arbitroꝝ nulla. Dicas ꝙ in or
dinaria iuriſdictione non eſt ſuperior ad quem recurratur niſi lex mortua:
et ideo lex uoluit ſine alio remedio ꝙ talis ſententia teneret pro reo in fauo
rem ipſius. In delegatis poteſt haberi recurſus ad delegantem ut ipſe ap
probet quam uiderit comprobandam: et ideo remanet impendenti. in ſentē
tia arbitrorum non eſt quis ſuperior nec habet iuriſdictionem a lege: ⁊ ideo
nulla eſt.

Dilecti.f. prioꝛ ꝛ clerici de giſebergeñ. grauez[a] querimoniā tranſmiſe rūt ꝙ eboraceñ: archi/epūs apoſtolice ſedis lega. eūdez prioꝛez poſt[b] appellationem ſuſpē dit ſuas eccleſias interdixit: ꝛ ca/nonicos ſi[c] eidem tanquam prioꝛi obedirent: excōmunicatos denun tiauit: ꝛ infra. Sup quibus ſi ueri/tate per[d] idōeas pſonas ꝛ famā[e] lo ci ſollicite iquiſita ueneritis eccle ſiarum cōceſſiones: factas[f] niſi pꝛi oꝛ ꝛ canonici malicioſe diſtulerit[g] eas quātū ad ſe pertinet oꝛdiare: i irritū reuocetis eaſdez. Idez archiepiſcopo remeñ.

Inter cetera: ꝛ ifra. Sup eo ꝙ abbas ſancti apolliariſ i clau ſtro a te appellationē[h] interpoſuit generalem ſup omni cauſa que ad uerſus eū aliquo tēpoꝛe poſſet mo ueri: ipſum exinde redarguimus: nec huiuſmodi appellationē duxi mus admittendaz. Idem abba ti ſancti petri.

Ad noſtrā: ꝛ ifra. Quia uero remediū ap. non ideo eſt in uentum ut alicui a religionis ꝛ oꝛ dinis obſeruātia exoꝛbitanti debe at in ſua nequicia[i] patrociniū exhi bere: mandamus quatenus ſiquā do quilibet ſubditoꝛū tuoꝛū ad re medium appellatiōis conuolaue rit nō ideo minus[k] cum iuxta teno rez mādati quod i pꝛedicta regula continet: ꝛ inſtitutionē oꝛdinis co rigas ꝛ caſtiges. Idez noꝛuiceñ. epiſcopo.

Perſonas eccleſiarum: ꝛ ifra Siquis ad noſtraz audienti az appellauerit: ꝛ appellationi ſue prolixum terminum pꝛefixerit[l] tu ei diem[m] infra quez ap. ſe. cōueniē ter poſſit adire: aſſignes: ad quā ſi uenire cōtempſerit: tu illum extūc[n] iuditio tuo ſuper his que in queſti one uertunť: ſine cōtradictiōe ali/qua ſtare compellas. Si autē quiſ quā ap. ſue pꝛefigat terminum con gruentez: nec tamen cauſaz ad diē ap. fuerit pſecutus: ipſum nihilo/minus extūc[n] ſententie tue ſicut de alio diximus ap. re. parere ꝯſtrin/gas. Idē remeneñ. archi.

Cum ſit romana: ꝛ infra. F. Que duximus rēſpōdendū: ꝙ ſi ante ſentētiā uel poſtea fuerit ap pellatū huiuſmōi appellātib[9] ān[9] idulgeť[a]: aut ex neceſſaria ꝛ euidē ti cauſa biēnium: niſi foꝛte iudex a quo appellatū fuerit ſꝫm locoꝝ di/ſtātiā[b] ꝛ pſonaꝝ ꝛ negocij qualita/tez. reciſius[c] tēpus fuerit modera tus: ifra quod ſi is qui appellaue/rit: cauſam ap. non fuerit pꝛoſecu/tus: tenebit ſententia. Si poſt ſen tentiam appellauerit: ꝛ a cauſa ſua cecidiſſe uidetur: nec amplius ſup eodem negocio audieť appellās: Si uero[d] a grauamine ꝛ āte[e] litis i greſſum fuerit appellatū huiuſmōi

a d Dilecti filii. grauē. pꝓter quā deberet deponi archiepſ qui non de tulit appellationi. ii. q. vi. decreto.
b Poſt appellationem que ſi legitima fuit ſnia ſuſpēſiōis vel interdic ti poſtea lata non tenuit. j. de ſen. ex. per tuas.
c Si eidē. i. ſi canonici appellāt añ ꝯditionē extātē: ſuſpenſa erit excōicatio: j. e. pterea. ii.
d Per idoneas. hꝫ ſolū ſuffi ceret ſiñ fama loci p duos uel per tres teſtes. ꝭ. de teſti. lꝫ.
e Famā. fama per ſe nō ſuf ficit. iiii. q. iii. §. itez ſepe fit: ſꝫ cuꝫ aliis adminiculis puta cū teſte vno aut aliis legitimis. ar. ꝭ. de pba. cū cām. ꝛ. ꝭ. de pꝛeſump. illud. ꝛ. c. iii. ꝛ. ꝭ. de teſt. pꝛeterea.
f Factas poſt appellationez pꝛemiſſa a pꝛioꝛe.
g Diſtulerint vltra ſex men ſes. ſi eis elapſis conceſſiōes facte fuiſſent ualerent: qꝛ po teſtas ad archiepm̄ ē traſla ta. j. de cōceſ. pbē. ꝛ ec. nō va. nulla. ꝛ ita p negligentiā per dit quis ius ſuū. ſic. j. de iure patro. quoniam. ꝛ. c. cum pro pter diſcoꝛdias ꝛ ppť culpā. ꝭ. ð elec. cū in cunctis. ꝛ. c. cū vitonieñ: ꝛ. c. qꝛ pꝛopter.
b Inter cetera. appella tionem. Generalis ap pellatio nō valet: ut hic patet nec etiā ſpecialis. niſi cā pba bilis ſit expoſita: q̄ nō admiſ ſa tenet appellatio. j. e. ut de bitus. ar. ꝯ. j. e. ꝯſuluit. ii. vbi appellatio generalis valꝫ. ſo. ibi. Et eſt ar. ꝙ nō valet i ge nere: ualet in ſpecie. ff. ð pac. ſi vn[9]. §. pacta. ꝛ. §. illud. ꝛ eſt ar. qð nō licet in genere licet i ſpecie. ff. cōia pꝛedo. in tradē dis. ff. ſi qs cau. ſed ꝛ ſi quis. §. queſitū. Ar. ꝯ. ꝭ. de offi. oꝛ di. ſi ſacerdos. ꝛ. j. de pbē. re latū. Jtē a futuro grauamine nō eſt appellādū ut hic pꝫ: ni ſi a grauamine cōminato vel illato. j. e. cū ceſſante niſi ap paruerint alia indicia. ut. j. e. conſuluit.
i Ad noſtrā. in ſua nequitia. appellatio enim non eſt inuenta: ut ſit iniqui tatis vinculum ſed oppꝛeſſoꝛum leuamē. j. e. cum ſpeciali. §. poꝛꝛo. ꝛ. ff. de mino. pfecti pꝛetoꝛio. ꝛ ſic iuramentum nō eſt iniquitatis vinculum. ꝭ. de iureiur. quanto. ꝛ. xxii. q. iiii. inter cetera. Jtē no. ꝙ vtendum eſt aliquo ad eū vſum ad quem iſtud fuit inſtitutum. xxii. q. ii. is autem. ꝛ. xlv. di. licet. ii. ꝛ. ꝭ. de tranſla. inter coꝛpalia ꝛ. j. e. ſuggeſtum in fine.
k Minus a coꝛrectione. n. non appellať. j. e. repꝛehenſibilis. ꝛ. c. cum ſpāli i fi. ꝛ. ꝭ. de offi. oꝛdi. lꝫ: niſi excedat modum in coꝛrigendo. j. e. de pꝛioꝛe. ꝛ. ꝭ. de offi. del. ſup queſtionū. §. nos autē: ſicut appellatur ab executoꝛe: cū modū ex cedit. ꝭ. de re iudi. ꝙ ad conſultationē in fi. a quo alias appellari nō pōt. j. eo. nouit. ꝛ. ii. q. vi. §. ſunt quoꝛum. v̄. ab executoꝛe. ꝛ ideo nō admittiť appellatio a coꝛrectione. qꝛ fit ad penitentiā ꝛ extra foꝛmā iudicii ar. xxvii. q. i. ſi hō. xlv. di. cū beatus nec admittiť recuſatio. j. e. cōſoꝛciali in fi. ꝛ hec locum habent in omnibus regularibus vi in conſtitu. cum ſpāli in fi.
l p Perſonas. pꝛefixerit. ꝛ ſic appellās poteſt ſibi ſtatuere terminum ad ap pellationem pꝛoſequendā iudex eodē modo. j. e. oblate. ꝛ. j. c. pxi. ꝛ. c. ad hoc. ꝛ. c. peruenit. j.
m Tu ei diem. Hic ſtatuiť dies ad pꝛeſentandū ſe iudici. j. c. ſe. quādoqꝫ ſta tuitur ad iter arripiendū. j. c. peruenit. ii. ꝛ. ꝭ. c. pꝛoxi. cum cauſa. quādoqꝫ ſta tuitur terminus a lege annus vel a iuſta cā biennium. j. c. px. Terminum vō ſtatutum a parte vel a iudice neutra pars poteſt pꝛeuenire. j. e. ſepe. ꝛ. c. obla te. terminum a lege poteſt vtraqꝫ pars pꝛeuenire: dum tamen appellatus do loſe nō pꝛeueniat appellantem: ut. j. e. oblate: ꝛ de termino dato a lege pōt in telligi. j. e. ex inſinuatione: ut dixit io. quod non eſt veruꝫ: ut ibi dicitur.
n Extunc. i. poſt terminum elapſum: ꝛ pꝛocedere poteſt ac ſi perēptoꝛie vo catus non veniſſet. j. e. ſepe. ꝛ. j. e. conſuluit nos in fi. her.
a c Cum ſit romana idulgeť. ii. q. vi. ei qui appellat. ꝛ. C. de tēpo. auť. ei q appellat: ꝛ ſi iuſta cā iteruenerit: biennium indulgeť ut ibi dicitur. alias nō dareť. j. e. cōſtitutus: imo ꝛ triēnium datur. j. e. ex rōe.
b Diſtātiā. oia iſta ſunt conſiderāda ad moderādū tēpus. ſ. locoꝛum diſtan tia. lxiii. di. cum lōge. ꝛ. xxiii. q. ii. vbicūqꝫ. ꝛ qualitas pſonaꝝ ꝛ negocii. ff. de dam. infec. qui bona. §. vlt. ꝛ. l. ſe. ꝛ. l. ſi finita. §. iii. ꝛ. ff. de iudi. l. nonūquaz. ꝛ. ff. de re iudi. l. ii.
c Reciſius tēpus. Ar. ꝙ iudex pōt abbꝛeuiare iducias datas a. l. ſic. ff. de re iudi. l. ii. ꝛ. j. e. oblate. ꝛ. ꝭ. e. ti. px. ꝙ ad cōſultationē ar. ꝯ ꝙ nō poſſit. xxviii. di. de his. ꝛ. ff. de re iudicata. l. iiii. §. ſi quis cō dēnatus. ꝛ. iii. q. iii. de iudiciis. imo arbitrio iudicis iſta videť com mitti. ar. v. q. iii. ſi egrotās. iii. q. ii. ſi epiſcopus. ff. de iudi. nōnūq̄. So. inducie q̄ danť a lege vel canone ſeruāde ſunt: niſi iuſta cā interuenerit: q̄re ſint abreuiāde: ꝛ tūc cōmittiť arbitrio iudicis ut hic. ꝛ. ff. ð v̄. ob. cōtinuus. §. ii. ꝛ magis hoc poteſt officio iudicis diſcerni quam aliqua locutōe expmi. ff. ð ſolu. ratum. ꝛ. ff. rez ra. ha. quo. n. §. iulianus. ꝛ. j. de dona. apoſtolice. ꝛ ita ex cā hoc faciēdum ē. ꝭ. ti. px. ꝙ ad ꝯſultationē. ꝛ. ff. ð re iudi. l. ii. ꝛ. ꝭ. ð dila. c. i. quedā tn̄ inducie ſť ſtatute i iure que diminui ſiue mutari ñ poſſunt nec augeri: ut eſt tēpus decē diez datū ad appellādum. Jtē ēt tēpus. j. qð peti debꝫ i itegrum reſtitutio ꝛ ēt terminari. ſ. q̄ttuoꝛ ānoꝛum: ut. ii. q. vi. āterioꝝ. ꝛ. C. de tēpo. in ite. reſti. l. vlt. de hac mā dictum c. ꝭ. de dila. pꝛeterea. Sꝫ nūquid ē iſtud ita intelligēdū ſimpliciter ut iudex poſſit diminuere ð āno appellationis: ut appellās teneať cāꝫ appellatōis finire ifra minus tp̄s āno uel biēnio? Quidā dicūt ꝙ bene poteſt iudex imponere hanc neceſſitatem appellanti: ut ip ſe debeat finire cauſam appellationis q̄ntum eſt in ſe. ſed ſi remane ret per iudicem vel aliam iuſtam cām: nō eſt ei imputādum. j. e. ex inſinuatione. ꝛ. ii. q. vi. āterioꝛum. §. ad hoc. ꝛ ſic intelligunt quod dicit: niſi iudex foꝛte reciſius tempus fuerit moderatus ifra quod finiat cām ſuā. Verius dicas: ꝙ iudex nō poteſt iſtud tempus ab bꝛeuiare quātum ad hoc ut appellans teneatur cauſam finire infra tempus ſtatutum a iudice. immo ānum integrum habebit uel bien nium ex iuſta cauſa ad finiendum cām: quo elapſo rata manebit ſē tentia: ut hic dicit. ꝛ. C. de temp. ap. l. vlt. ſed pꝛo tanto dicitur iu dex poſſe reciſius tempus moderari: quia iudex poſſet compelle re appellantem ſiue terminum ſtatuere illi: ut ſe repꝛeſentet in ter mino illo coꝛam ſuperioꝛe ad quem appellauit: vel iter arripiat ad pꝛoſequendam appellationem coꝛam illo ad quem appellauit: ꝙ ſi non fecerit ſi lata eſt ſententia pōt: poteſt illam mandare execu tioni: quia ſtatim tenet ac ſi apellatum non fuiſſet: ſed ſi appellaue rit ante ſententiam poſtea tunc pꝛocedat in cauſa: quia terminus talis tunc obtinet vicem peremptoꝛii infra eodem ſepe. ꝛ ſupꝛa ti. pꝛoximo cum cauſa. ꝛ ſupꝛa. c. pꝛoximo. ꝛ quantum ad hoc ſolum poteſt iudex reciſius tempus moderari. Si vero nullum terminuꝫ ſtatuit appellanti: tunc habet annum a lege: ꝛ iudex tunc per totuꝫ annum non poteſt pꝛocedere ad exequendam ſententiam vel ſu per pꝛicipali anno elapſo poteſt: ſecundū ꝙ poteſt cum terminus ſtatuitur. ꝛ hoc ſatis colligitur infra eodem repꝛehēſibilis. §. i. ꝛ. c. conſuluit. j. in fine. ꝛ hoc ſtatuitur pꝛopter maliciam appellan tium qui malicioſe appellant cauſa impediendi executionem vel p ceſſum iudicis. ꝛ per hoc ei conſulitur contra quē appellatur.
d Si uero a grauamine. Cauſa grauaminis pꝛobabilis al legata: que ſi pꝛobata eſſet legitima: alias non auditur infra eodē ut debitus.
e Ante litis. Hoc poteſt intelligi cum appellatur ſuper aliqua ex ceptione dilatoꝛia coꝛam iudice. j. e. ex pte. ꝛ etiā poſt. j. eo. ſup eo.

z.ii.q.vi.non ita:ſecus ſm leges:ut.ibi.

f Paſſim.i.qñcunq; etiã grauamine nõ expſſo: ⁊ ſũt illi canones ii.q.vi.ad romanã.⁊.c.ſe.ſiquis placuit.⁊.ẽ.ut lit.nõ conteſt.accedens.j.hodie neceſſe ẽ allegare cãm ꝓbabilẽ.que ſi eẽt ⁊c̃.quecũq; ſit cã.j.e.ut debitus.⁊.c.cum ſpãli.§.porro.

g Hec ſolẽt ꝓprie ſupto vocabulo q2 appellatio nõ ſit niſi a iudice.ẽ.ð offi.dele.ſup q̃õnum.§.nos autẽ.vel ꝓut dr̃ appellatio ꝯtinet q̃relã inique ſnĩe.ff.de mino.ꝑfec.pretorio.loquit̃ ergo ð appellatiõib⁹ q̃s aliqui quãdoq; faciũt cũ dicũt:ego appello te ad curiã vel venias ad iudicẽ:ut faciat mihi iuſticiam:ſed ille nõ tenet̃ ire:ut ſicut denunciatõ facta ipſi domino i foro non tenet:ſed i re ipſa dʒ fieri.ff.de no.ope.nun.l.ð pupillo.§.ſi quis forte vel dicas.ꝙ loquit̃ de appellationibus que fiunt extra iudiciũ ab aduerſario:ne faciat aliquid in p̄iudiciũ appellãtis ſup eo ꝑ quo appellat:⁊ tales appellationes quaſi ꝓuocationes ſũt ad cãʒ ⁊ talib⁹ appellatiõibus eſt deferẽdũ.j.eo.bone ⁊ tales appellatões faciũt clerici frequẽter inter ſe ⁊ electionib⁹ ⁊ ꝓ aliis negociis eccleſie.ẽ.de elec.cõſiderauimus.⁊.c.bone.⁊.c.auditis.⁊.j.de his q̃ fi.a ma.par.ca.c.i.

audietur appellans: quoniam ſacri canones etiam extra iudicium paſſim[f] appellare permittunt: nec ſolent[g] huiuſmodi dici appellationes ſed prouocationes ad cauſam Si autem ante ſententiam[h] quis appellauerit: cogitur[i] illius ſtare iudicio: ad queʒ noſcitur appellaſſe. Preterea ſi raptor ſit uel uiolẽtus detẽtor alieni rei qui appellat: huiuſmodi appellatio facta ĩ iudicio apud eccleſiaſticas perſonas ſolet audiri[k]: niſi forte manifeſtus[l] raptor uel fornicator exiſtat. ſicut ille quem abſenteʒ ⁊ irrequiſituʒ[m] apoſtolus excomunicauit. I Dẽ eidem.

Ad hec ſi ĩ una cauſa quis appellauerit: ⁊ pendẽte appel. aliquod crimẽ committat: uel pri⁹ commiſiſſe dicatur: uel modo etiã accuſetur aut conueniatur de alia re ſuper qua non ſit appellatum: ⁊ illaʒ proferri contingat ad audientiam iudicis a quo in alio negocio appellauit: eum poteſt ſi uoluerit tanquam ſuſpectuʒ[a] uitare alioqui debebit eiuſ ſtare iudicio maxime ſi ſuus ordinarius iudex exiſtat. I Dem.

Si duobus coram ſuo iudice litigantib⁹[b] alter ad noſtraʒ alter ad ſui iudicis[c] audientiam ſuper eodem negocio appellauerit: ⁊ ille qui ad ſuum iudicem appellauit: ad diem ap. ueniens ſe ad cũ appellaſſe proponit: eo tacito ꝙ

h Ante ſnĩam p⁹ litis ingreſſũ:ut differat a precedenti.ð.

i Cogit̃.ſed nõ vr̃ ꝙ ſit compellendus.C.ð appel.eos.i ſi.vbi dr̃ ꝙ nemo ꝯpellit̃ proſequi appellationẽ.immo põt penitere.ii.q.vi.§.ſi quis libellos:ſʒ dʒ ꝯpelli alternatiue.j.e.conſuluit.i.⁊.c. ſepe.

k Audiri.j.e.peruenit.

l Manifeſtus.i.notoriuſ.j.e.ꝑuenit ad nos in notoriis enim non admittitur appellatio:ut ibi.

m Irrequiſitum. Ar.ꝙ in notoriis non ẽ aliquis vocãdus in ius.ar.ii.q.i.de manifeſta.xi.q.i.ſtatuimus ar.ẽ.xii.q.ii.indigne.⁊ nemo eſt excõicandus:niſi legitima admonitione p̄miſſa.j. de ſen.excõ.ſacro.dic ꝙ non fuit requiſitus ꝑ edictum pemptorium ad iudicium:admonuit tamen eum ad penitẽtiã:⁊ q2 crimẽ notoriũ erat nõ vocauit eũ:q2 nec expediebat exquo nolebat ſe corrigere: uel irrequiſitum illa vice:vel requiſiuit eum ꝑ apollinẽ diſcipulum ſuuʒ.

a Ad hec.ſuſpectũ.j.e.ꝓpoſuit. Sed vr̃ ꝙ non poſſit eum vitare tãq̃ ſuſpectuʒ:q2 nõ põt hoc p̄tẽdere quaſi habeat eũ offenſum.ff.apud eũ a quo appel.l.vna ſm leges non recuſant̃ iudices ita indiſtincte:tamen ſi aliquod crimẽ enorme interim ⁊ manifeſte committat:nõ poterit ipſum vitare.j.e. ꝓpoſuit.⁊.c. preterea.i.cũ ſit eius ordinarius. Sed quid fiet tunc de cauſis illis: ſup quibus conuenit̃ pendente appellatione:⁊ ep̃s tunc delegabit cauſã aliis:ſicut fit cuʒ alias tãq̃ ſuſpectus recuſat̃.xi.q.i.ꝑuenit.⁊.j.eo.cum ſpãli.⁊.ẽ.de fo.ꝯpe.ſi quis contra clericum.her.

b Si duobus.ad noſtrã.quod fieri põt omiſſo quolibet medio ii.q.vi.metropolitanũ.arg.ſecus ſecundum leges.ff.de ap.imperatores.

c Ad ſui iudicis. Hoc põt ĩtelligi dupliciter:ut litigarẽt corã archidiacono:⁊ alter ad ſuum iudicẽ.i.epiſcopũ appellauit: alter ad papã vel corã epiſcopo:⁊ alter appellauerit ad archiep̃m qui ſuus iudex ẽ ꝑ appellationẽ:⁊ alter ad papam qui oĩum ẽ iudex ordinari⁹.infra de ſnĩa excõicatõis.ꝑ tuas.⁊.ẽ.de offi.lega.c.i.

d Tenebit. Sed videt̃ ꝙ non teneat:q2 lata eſt poſt appellationẽ. vnde non tenet infra de ſententia excommunicationis.per tuas: ⁊ iam non erat ſuus iudex.vnde non poteſt illum excommunicare.ix.queſtione.ii.c.i. Item quia vocabatur ad maius tribunal.ff.de re iudicata.contra pupillum.§.i. Solu.hic tenet ſententia propter contumaciam.ut hic dicit: quia debuit ire ⁊ allegare ꝑuilegium ſuum.infra eo.cuʒ parati.⁊.ff.de iudi.ſi quis ex aliena: ex quacunq; enim cauſa quis vocetur:ire debet ad p̄torẽ.ff.ſi q̃s in ius voca.l.ii.

aduerſarius eius ad audientiam ro.pon.appellarat ſi legitime citatus nec uenit nec reſponſalem miſit: aut etiam alias parere contemnit: tenebit[d] excomunicationis ſententia in eum pro contumacia promulgata: niſi iudex cognouerit[e] euʒ ad audientiam ro. pon. appellaſſe. Deniq; quod queris: ſi a ciuili iudice ante iudicium uel poſt ad noſtram audientiam fuit appellatum: an huiuſmodi appellatio teneat: tenet quideʒ in his qui ſũt noſtre temporali[f] iuriſdictiõi ſubiecti: in alijs uero ⁊ ſi de conſuetudine eccleſie teneat: ſecundum iuris rigorem credimus[g] non tenet̃. I Dem plebano ⁊ clericis .s. nazarij de albia.

Ex ratione: ⁊ infra. Uerum ſi appellationem biẽnio elapſo interpoſitam a ſententia contra uos prolata proſecuti nõ eſtis: dũmodo proſecutionem ipſius per impotentiam[h] uos conſtiterit omiſiſſe: nolumus ꝙ iuſticie ueſtre debeat preiudicium generare. I Dẽ uigorieñ. epiſcopo.

Meminimus: ⁊ infra. Cetex cum aliquam cauſam contingit tibi ap.re. committi: ⁊ aduerſa pars poſt citationem[i] iter arripuerit ad ſedem ap. ueniẽdi nõ min⁹ poteris ĩ negocio ſʒ iuris formaʒ ꝓcedere: ꝙ ſi ãte citationem[k] iter arripuerit: nõ eſt aliquatenus ꝓcedendum. I Dem.

e Niſi cognouẽit.ergo ſi notuʒ illi erat ꝙ non eſſet ð ſua iuriſdictione non tenet ſentẽtia:⁊ ille non tenebatur venire exquo ſciebat iudicem hoc ſcire ar.ff.ſi quiſ in ius voca.l.ii.quia qui ſcit certiorari nõ debuit.ff.de act.emp. ⁊ ven.l.i.in fi.⁊.ẽ.de elec.cum inter vniuerſas.

f Noſtre tẽporali.ut ſupra ð iureiuran.venientes.⁊ ſupra de fide inſtrumen.cum ioannes.

g Credimus. ⁊ ita patet ꝙ iuriſdictio temporalis non ꝑtinet ad eccleſiam: nec de ea debet ſe intromittere in preiudicium iudicis ſecularis ſupra de iudi.nouit.in ꝑin. ⁊ infra qui fi.ſint le.lator. ⁊ infra de ꝑuile.c.ii.niſi cum vacat imperium ſupra de fo. compe.licet ideſt tunc enim propter defectum iudicis ſecularis bene appellabitur ad papam.argu.xxiii.queſtione.v.adminiſtratores. ⁊ ſupra de fo.compe.ex tenore.her.

h Ex ratione. impotentiam. Hec impotentia pluribus modis poteſt intelligi:ut per propriam impotentiam: quia fuerunt impediti iuſta de cauſa:vel per iudicem ſtetit:vnde non imputatur.ii.queſtione.vi.anteriorum.§.ad hoc.⁊.§. biduum.⁊.§.ſi forte.⁊.infra eodem ex inſinuatione.idem eſſet etiaʒ ſi medio tempore arbitros elegerunt partes.C.de temp.ap.aut̃.ſi tamen. ⁊ in his caſibus ſeruatur appellans illeſus ipſo iure. nec currit tempus nec indiget reſtitutione. Si vero dolo alicuius priuati circumuentus appellat. ⁊ appellationem non fuit proſecutus:tunc currunt tempora appellationis: ſed habet recurſum contra doloſum ad intereſſe.ff.de dolo arbitrio.§.dolo cuius. ꝙ ſi ſoluendo non fuit:reſtituitur appellans ad proſecutionem ſue appellationis.ff.de eo per quem factum erit.l.ex hoc edicto.ff.de dolo.⁊ eleganter.§.ſi dolo. Dicunt tamen quidam:ꝙ iſti adiuti fuerunt beneficio reſtitutionis: quia illud biennium cuilibet currit etiam impedito agere:ſi non poterit habere copiam iudicis:vel quia noluit procedere:vel quia potuit facere ꝙ compelleretur iudex.C.de temp.ap.l.vlt.§.vltimo.ſed hoc ex littera non colligitur: ut hic.⁊ hic non ſtetit per negligentiam iudicis:ſed ex propria impotentia. vnde non habet hic locum lex illa.C.de temp.ap.l.ultima. ⁊ ita nota hic illud generale:ꝙ ſi per me non ſtat mihi non imputat̃.⁊ iſto iure iſti ſeruant̃ illeſi.

i Meminimus. poſt citationem: vel etiam poſt ſcientiam ante citationem.j.eo.ſuggeſtum.

k Ante citationem.vel ante ſcientiam litterarum impetratarum contra euʒ j.eo.ſuggeſtum.⁊.c.ad hoc.ſed hodie iſta non habent locum: quia non prodeſt allegare:ꝙ promiſerit nuncium ante: etiã ſi dixerit ſe ſuper hoc litteras habere que non ſint iudici p̄ſentate infra eodem ut debitus.⁊.ii.queſtione vi.§.eius qui. Sed quid ſi non miſit nunciuʒ:ſed in propria perſona iuit:nũquid procedetur contra eum ſi conueniatur coram ordinario vel delegato ſuper eo pro quo iuit? Credo ꝙ ſi non ſit qui defendat eum cum debuerit dimiſiſſe procuratorem:procedetur contra eum non obſtante ꝙ iuerit propter hoc:quia ⁊ ſi iam cum litteris reuerſus eſſet:non prodeſſet tanquam ab aduerſario iam p̄uentus infra eodem cum debitus.⁊ ſupra ð fo. compe.c.pe. Arg.contra infra eodem dilecti.i.⁊.c.ut noſtrum quia plus eſt facto appellare quam verbo:ut ibi.ſed.ibi ante iter arreptum litigabant. vnde iter ibi habetur quaſi pro appellatione.ſed hic iuit ad curiaʒ nulla cauſa mora vel comminata pro litteris impetrandis: vnde ſi aduerſarius eum p̄uenerit ſibi imputet:qui debuit eſſe diligens ⁊ ipſum preueniſſe. T. dicit quod non debet procedi contra ipſum:niſi fuerit fraude vel dolo:tũc enim propter dolum ſuum nõ expectabitur.

a S[V]per eo. appellationē fieri. Hoc pōt habere locū tā ante li. cō. q̄ po-
ſtea: ut ſi ante lit. cōteſta. obiciať aliqua exceptio rationabilis que ſi eēt pba-
ta deberet legitima reputari ⁊c. ⁊ iudex eā admittere nolit ſi propter hoc ap-
pelleť: iudex uel nō dз pcedere uel remouere grauamen. ĩ. e. ut debitus. ⁊. c.
cum ceſſante: alias reuocabiť totū qd fecerit de hoc habes multa exēpla. ĩ. e.
ex pte: ſignificauit: ſignificāti
bus: ubi infinita exēpla. inue-
nies ſup hoc poſt lit. conte. ⁊
eodē mō pone exēplum. ſ. de
or. cog. c. i.

b Et pncipalis cā. ⁊ ita non
pcedeť ſuper pncipali: ⁊ in p̄
iudicialibus exceptionib9 h̄
habet locū. plura exēpla po-
nuntur. iii. q. xi. §. aliquādo.

c Sine illa. puta de non pe-
tēdo preſcriptio ⁊ cōſimiles.

d Termiari. ergo videť q ſi
pncipalis cā poſſit expediri
ſine illa q nō obſtāte illa ap-
pellatione pcedere poſſit in
pncipali: ⁊ ita videť q teneor
litigare ſub illo qui ēt me gra
uauit a quo appellaui iuſta d
cā. contra illud. ĩ. e. ad hoc. ⁊
ĩ. pпoſuit. Satis crederē q
uacat hic. ar. a ɔtrario ſenſu:
q cū iā certa rōne me graua-
uit: quō poterit pcedere po-
ſtea me inuito nō videť. iii. q.
v. quia ſuſpecti.

e De falſi ſuggeſtione. hoc i
telligunt quidā: cū pbare no-
lebat: ſed allegabat tantum ⁊
iō nō valet appellatio. Uel di
cas q hec exceptio de falſi ēt
ſuggeſtione non ē admittēda
poſt lit. cōteſt. cū ſit dilatoria:
⁊ ſic erat lis cōteſtata q ſola
ſnia erat ferēda. vnde non dз
differri ſnia pпter talē appel
lationē interpoſitā occaſione
exceptōnis que ab initio fue-
rat pponēda. ſ. de re iudi. in
ter monaſteriū. ſi. C. d fal. l.
ii. ⁊. C. d le. ſi i fraudē vbi nō
differť executio pпter ſugge
ſtionē falſi. b.

f D[E] appellatōib9. mini-
mis. minima cā pōt di
ci duorū aureorū: q pro ea nō
dať actio de dolo. ut. ff. de do
lo. ſi oleū. in fi. ⁊. l. ſe. vel ēt. x.
aureorū. ff. ſi cui pluſq̄ per le
gē falcidiā. l. iii. §. quāuis. vel
l. ſolidorū. C. de defen. ciui. l.
i. vel illa dicitur minima que
ad ſūptus iudiciales nō ſuffi-
cit. ii. q. vi. anteriorū. §. illō ēt:
⁊ ita pro qualibet cā appellať
quia ita poteſt quis grauari i
paruo ſicut in magno: q̄ntitas
cauſe nō facit: quare introdu
cta ſit appellatio: ſed iniquū
grauamen. ſ. c. ad noſtrā. ⁊. ĩ. eo. cū ſpāli. §. porro. ſic etiā in minima re furtū
committitur. xxiii. q. vlt. c. vlt. quia nō furtū ſed furātis affectus conſiderať:
ut ibi dicitur.

S[V]Up eo q ſollicitudo tua que
ſiuit: prudentie tue duximus
reſpondendū: q ſi de aliqua excep
tōe queſtio oriať: ⁊ ex ide appella-
tionē[a] fieri cōtingat eidē excepti
oni erit merito ſuperſedēdum: ⁊ ſi
principalis[b] cauſa ſine illa[c] termia
ri[d] nō poterit: ei nihilomin9 ſupſe
deať. Si autē aduerſa ps de falſi
ſuggeſtione[e] in ap. prorupit: nō ē ſen
tētia ſup hoc differēda. Idem.

D[E] appellationib9 pro cauſis
minimis[f] īterpoſitiſ: uolum9
te tenere: q eis pro quacūq leui
cā fiant: non minus ē quā ſi p ma-
ioribus fierent deferēdū. Idē.

S[V]per eo. ⁊ infra. Sacri cano
nes ante ⁊ poſt litis conteſta
tionem[g]: ⁊ in prolatione ſentētie:
⁊ poſt ſingulis facultatem tribuūt
appellandi leges autem ſeculares
ap. niſi in caſibus[h] ante ſententiam
non admittunt. In cauſis quoq
eccleſiaſticis ubi ap. remediū tolli
tur: ſicut ap[i] ita recuſationi nō eſt
aliquatenus deferendū. Si autē
infra certū tēp9 lis decidēda com-
mittitur. ex tūc terminus icipit cur
rere cum iudices contingerit litte
ras recepiſſe[k]. Idem.

P[E]ruenit ad nos: q cum cleri
ci ſe conquerant ab aliquib9
ſe uulneratos uel alias eſſe leſos.
qui impetuntur ap. ſe. appellant ⁊
infra. F. t. mādam9: quaten9 ſi eo
rū exceſſus publicus nō ſit ⁊ noto
rius eos eccleſia. cen. compellas[l]
ut īfra conueniēs tēpus ap. iterpo
ſitā pſequātur. Si uero publicus
ē ⁊ notorius[m]: ap. obtentu non pre
termitas: quin eos excōicatos de
nuncies; ipſoſq facias ſicut excō-
municatos cautius euitari: donec[n]
paſſis iniuriā ſatiſfaciant: ⁊ cū litte
ris tuis ap. ſe. cōſpectui repreſen-
tent. Idē archiepiſcopo tole.

C[O]nſuluit nos. f. t. ⁊ īfra. Cō.
t. duximus reſpondēdum: q
ſi aliqui quos manifeſtū ſit ⁊ noto
rium uxorē alterius detinere aut
iniecisse manus uiolentas ī cleri-
cū appellauerint: eorū appellatio
ni non eſt aliquatenus[a] deferendū
Sed cū multa dicantur notoria[b]
que non ſunt: prouidere debes ne
quod dubiū eſt pro notorio uide
aris habere. Illos autē qui ap
pellant a preſentia tua: coge[c] infra
tēpus cōueniēs ap. iterpoſitā pſe
qui: aut iudicio tuo ap. re. pareř.
Idem.

S[V]ggeſtū eſt aurib9 noſtris
q cum oppreſſi ad preſidiū
ap. ſe. recurrunt: ⁊ appellatōe fac
ta iter arripiūt: aduerſarij eorū ap.
interpoſitā cognoſcentes: nec ad
preſentiā noſtrā accedūt: nec re
ſponſalem tranſmittūt: cum autē
ſenſerint illos noſtras litteras re-
portaſſe. in uocē ap[d]. prorūpunt ⁊ iť
ad nos arripiūt ueniendi: ut ſic eo
rum ſollicitudinē a quibus impe
tuntur eludant. Tue conſul. t. r. ut
ſiquis deprehenſus[e] fuerit hoc ex
fraude uel malicia facere: ap. eius
non deferas neq ob id cauſam ti
bi commiſſam terminare poſtpo-
nas: q decre. epiſtolā[f] qua tales
muniri uidenť nō ad deprimēdā
cuiuſq iuſticiā: ſed ad remouēdū[g]
grauamen nos feciſſe cognoſcas.
Idē eboracen. archiepiſcopo.

A[D] preſentiā noſtrā. r. preſby
tero ueniente epiſcopo tuſcu
lano ⁊. p. ſancte ſuſāne card. tuā
⁊ ipſi9 cāz cōmiſſimus audiendā.
qui ad obiectiōes tuā licз. r. preſ-
byter nō eſſet excōmunicat9 de iuř
de facto tñ fecerūt eum abſolui[h].
Ideoq mādamus: quaten9 pre
dictū preſbyterū p eo q poſt excō
municationē cōtra[i] ap. factam di
uina cantauit: nullatenus īquietes
ſed ad eū ſtatum[k] reducaſ omnia
in quo erant tempore ap. emiſſe.
Idē centuarien. archiepiſcopo.

g S[V]per eo. litis conteſtationē. de appellatōe que fit ante ſniam itellige
ſm illā decre. ĩ. e. ut debitus. poſt ſniam vō indifferēter appellať nulla
cā expſſa: ſed ſufficit dicere ab iniqua ſnia appello. ii. q. vi. §. forma. ii.

h In caſibus. ut. ii. q. vi. §. ante ſententiam.

i Sicut appellationi. ſicut appellatio cā pbabili nō expreſſa non admittitur
ĩ. e. ut debitus: ſic nec recuſatio admittitur cā recuſationis pbabili ñ expreſſa
ĩ. e. cū ſpāli. ⁊ melius. ĩ. e. nouit.

k Recepiſſe. die receptōis nō numerata. ff. ſi quis cautionibus. l. i. ff. de re-
quir. re. l. annus. ⁊. iiii. q. v. quiſquis. ſic dies in quo excōicationis exceptio p
poniť: que. ĩ. octo dies pbari. dз: non cōputať in illis octo diebus. ſ. d excep.
pia ɔſideratione, que eſt inno. iiii. ⁊. c. frequens: ar. contra. ff. de ver. ob. cōti-
nuus actus. ⁊. l. i. §. qui preſens.

l [illegible]eruenit. Cōpellas alternatiue. ſ. ut vel pſequať appellationem i termino
conſtituto a iudice: vel eo elapſo corā eo reſpōdeat. ſic. ĩ. c. px. ⁊. ĩ. c. ad hoc.
ii. ⁊ ſic intellige. ſ. e. cum ſit romana. v̄. ſi vō ante. alias nemo pōt cōpelli pſe-
qui appellationem. ut. C. e. ti. eos. in fi.

m Notorius. ſ. eo. cum ſit romana. ⁊. ĩ. c. proximo. ⁊ habes ex hac
decre. arg. q excommunicatus appellare poteſt. iii. q. ix. reuera. et
ſupra de except. cum inter.

n Donec pa. In hoc caſu cum iniuria eſt manifeſta. primo debet
ſatiſfacere q̄ abſoluatur. ĩ. de v̄. ſig. ex pte. i. ⁊. c. cuз olim. ſi. ĩ. de ſē.
ex. parrochianoſ.

a C[O]nſuluit. ñ
ē aliquaten9
ſic. ſ. e. c. px. ⁊. c. cū
ſit romana. in ſi.

b Notoria. notori-
um diciť tribus mo
dis. ĩ. de coha. cle. ⁊
muli. c. vl. ubi de h̄.

c Coge. ſub alter-
natione: vt vel pſe-
quať appellationē
in termino ſtatuto:
vel eo elapſo reſpō-
deat corā eo. ut. ſ.
c. proxi. ⁊. c. cum ſit
romana. ⁊. ĩ. eo. ſe-
pe. ⁊. c. ad hoc. ii.

d S[V]ggeſtū. in
vocē appel-
lationis. arg. hic: q
aliquiſ poſſit appel
lare i abſentia iudi-
cis. ar. ſ. de ali. mu.
iudi. cauſa. c. i. q ex
quo quis ſcit appel
lādū ē. ii. q. vi. bidu
um. ⁊. C. q°. ⁊ quā.
iudex ab eo. ⁊. ff. q̄
do appel. ſit. l. i. §. ſi
aduerſus. vnde vi-
deť q ſi ep̄s meus
vellet me excōmu-
nicare: ⁊ abſens ap-
pellem: ſi ferat ſen-
tentiā non tenet: ta
men in hoc caſu te-
net: quia ignōat me
appellaſſe. ⁊ ideo ñ
punitur per capitu
la. ii. q. vi. decreto. et
xxiii. q. iii. de illici-
ta. lau. ⁊ eſt hic arg.
q talis appellatio
valet: dūmodo non
fiat malicioſe: ſз ho
die non valet appel
latio talis infra. eo
ut debitus. ⁊. c. cum
ſpeciali.

e Si quis depre-
henſus. Sed quis
probabit iſtum ma-
licioſe appellaſſe ad
uerſarius qui hoc
obicit. ff. de proba.
ab ea. ⁊. l. in excep-
tionibus: quia qui
fraudem allegať: cū
probet. ff. de proba. quotiens. §. qui dolo. ipſo facto videtur q ſit p
bata malicia.

f Epiſtolam. ſ. e. meminimus. ⁊. ĩ. e. ad hec ſicut aſſeris.

g Remouendum ſupra. c. ad noſtram. ⁊. ĩ. e. cum ſpeciali. §. porro:
Quod enim prouiſum eſt ad concordiam: nō debet vergere ad no
xam. xlv. di. licet. ii. ⁊ iuris occaſio ad iniquum ſuſpendium trahi
nō debet. C. de vſuca. pro emptore eum qui. ⁊. ĩ. de puil. q nōnul-
lus. in fi. de reſcrip. nonnulli.

h A[D] preſentiā. abſolui. ad cautelā: ſic ⁊. ſ. de teſti. veniens. in
fi. ⁊ iſtud ſepe fit: lз excōicatio de iure nō teneat. ĩ. d ſē. ex. p
tuas. ⁊. c. venerabili. ⁊. c. ſoler a nōnullis. ⁊. ſ. d offi. dele. cū ɔtigat.
xxiii. q. i. audiuimus. ſi. ff. de remiſ. l. vna. C. de ingenuis. l. ii. ⁊ in
quodā decre. inno. iiii. ſoler a nonnullis.

i Cōtra appellationē. ſ. legitimā. vnde nō tenuit excōicatio: quod
ex eo patet: quia de facto fuit abſolutus. vnde ceſſare a diuinis nō
debuit. ĩ. de ſen. excom. per tuas. ⁊. c. ſoler a nonnullis.

k Eum ſtatū. ſic. ĩ. c. bone. ⁊. ſ. de offi. dele. ſup queſtionū. ⁊. ii. q.
vi. appellatione interpoſita. ⁊. ff. nihil inno. appel. pen. l. vna. ⁊. ſ. d
iureiuran. venientes. ⁊. ſ. de elec. cum inter canonicos.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

Cum teneamur: ⁊ īfra. Quoniā noſ ɔſulere uoluiſti: utrū ſi eorū poſſeſſio qui ad audiētiam n. appellāt: turbata fuerit: tibi caȝ ſibi liceat reformare eo de quo appellatio ē interpoſita pretermiſſo[m] p.t.rñ. ꝙ ſi exinde ad te querela ꝑuenerit: id ordine iudiciario tibi licebit experiri. Idē epiſcopo ⁊ archidi. de bonoñ.

Conſuluit: ⁊ īfra. Conſul .u. t.r. ꝙ ſi generaliter ap. quis interponeret ab omni grauamine quod ſibi poſſet ɔtigere huiuſmodi ap. tenerī nō debet. Si uero ab aliquo iudice ſuꝑ omni grauamīe quod in una cauſa ſibi poſſit īferri: quanquā generalis[a] appellatio ſit interpoſita: appellationi tamē ei⁹ eſt ab eodem iudice deferendū.

Idem zamorēn. epiſcopo.

Cum parati eſſemus tuas petitiones admittere. j. diacoñ cardi. olim ap. ſe. le. propoſuit ꝙ cū ad eius uocationē contempſiſſes accedere: in perſonam tuā excōmunicationis ſententiam ꝓmulgauit[b]: ⁊ īfra. Cumq; n. canonic⁹ beati iacobi firmiter aſſeueraret: ꝙ in legatione regis[c] eſſes: ⁊ idō nō potuiſſes ad uocationem predicti cardi. accedere: cardina. econtra aſſeruit: ꝙ non in legatione regiſ: ſed in ſalamātina eccleſia te ſuus nuncius[d] inueniſſet: ⁊ infra. Nos uero attendentes: ꝙ te non decuit cōtemnerī obtentu[e] ap. ad uocationem uenire legati: precipim⁹ quatenus uel in perſona propria uel ꝑ nūcios idoneos ap. te conſpectui repreſentes innocentiam tuā ſi poteris oſtenſurus[f]. Idem cantuarieñ. archiepiſcopo.

Ad hec: ⁊ infra. Preterea de his qui iuramentum preſtant ꝙ eccleſie ſtabunt iudicio: ⁊ poſtea appellant[g]: id tua ſollicitudo ꝓuideat: ut eos ſeruare quod iurant: uel infra[h]. xl. dies poſt appellationem interpoſitam iter arripere[i] ad ipſam proſequendaȝ[k] cōpellaſ. Idem carnoteñ. epiſcopo.

Queſtioni quam facis: utrum appellationi illius ſit deferendum[l]: qui ſicut moris eſt: preſtito iuramento abſolui meretur: ⁊ ante quam ei mandet aliquod uel mandato recepto cauſa ſubterfugij appellauerit: rñ. ꝙ appellationi que iuramento eius debeat derogare: non eſt in aliquo deferendum: ſed ſtatim erit in eandem reducēdus[m] ſententiam: que donec mandatuȝ ſuſceperit: ⁊ ſuſceptum pro poſſe[n] fuerit proſecutus: debet firmiter obſeruari. Idem uintoneñ. epiſcopo.

Preterea de hiſ qui ad ſe. ap. appellāt: ⁊ poſtea grauia[a] cōmittentes ſe dum cōueniuntur: appellatione tuentur: duximuſ reſpōdendum: ꝙ eos appellatio nō debet in ſua iniquitate[b] tueri quominus eorum exceſſus cenſura canonica puniatur. Idem grandeñ. patriarche: ⁊ ſancti uitalis preſbytero cardinali.

Conſtitutis[c] i preſentia. n. abbate ſancti felicis ⁊ preſbytero. r. pro cōtrouerſia que de electione torcellane eccleſie eſt ſuborta. ⁊ īfra. Ideoq; mādam⁹: quaten⁹ ſi archidi. poſt ap. ⁊ denūciatōeȝ excōmunicatiōis ad nomīatiōeȝ[d]

l Cum teneamur. reformare ꝑ ſeruū etiā turbata poſſeſſio pōt recupari abſēte dño. C. ſi ꝑ vim vel alio modo. l. i.

m Pretermiſſo. ⁊ ſic videt̄ ꝙ in eo tātū articulo ſuꝑ quo appellat̄ exēptus ē a iuriſdictione iudicis ſui ordinarii. j. e. ꝓpoſuit. ⁊. ſ̄. eo. ad hec. ⁊ contrariū ex illis decre. colligit̄ ⁊ ad hoc ē. arg. ff. apō eū a quo ap. l. vna. vnde pōt poſſeſſionē illā reformare: nec ꝑ hoc itelligit̄ renūciare appellationi: ut hic patet. In delegato ſecus: q: ex quo appellat̄ ab ipſo et legitia cā nulla remanet ei iuriſdictio. j. e. ut debit⁹ vnde ſi rediret ad ō legatū: renunciare itelligit̄ appellatōni. ſ̄. de offi. dele. grauī. ſ̄. ō teſti. cum venitur.

a Conſuluit. generalis. Hic admittit̄ gnālis appellatio. ɔ. ſ̄. e. c. ii. vbi nō admittit̄. ſȝ ꝙ dicit hic i vna cā ſoluit cōtra. ibi loquitur de gnāli appellatione que fit i q̄lib; cā. ſed nec iſtud tenet: q: cā ꝓbabilis ſemꝑ eſt exponenda: aliter nō admittitur appellatio ſiue gnālis ſit: ſiue ſpecialis. j. e. ut debit⁹. ⁊ c. cū ſpāli. §. porro.

b Cum parati. ꝓmulgauit. ꝓpter cōtumaciaȝ. ut. xi. q. iii. certū. ⁊ ſ̄. e. ſi duobus.

c Regis. ar. ꝙ excuſaret euȝ auctoritas regis: ſi i legatōne regis inuēt⁹ fuiſſet. ar. xix. di. ſi eps lxiii. di. ſalonitane. ⁊ in aut. quo. opor. epi. §. illud. coll. i. xxiii. q. vlt. ſi aut vob ar. ɔ ꝙ nō excuſat. xxiii. q. ult. quo auſu. ⁊. c. repħēſibile. xxv. q. i. oē. ⁊. xii. q. ii. quicunq; militū. Sol. ſi mādatū regis ꝑueniat mādatū cuiuſlibet plati poſt dominū papā: tūc regi obtēꝑādū eſt: ſi ab ipſo teneat regalia. xxiii. q. vlt. §. ecce. Quod ſi papa vocat eū poſtea exēplo petri relictis oīb⁹ regalibus ſequat̄ papā. vnde iſte ēt ſi ibi fuiſſȝ debuit venire ad cardinalem: exemplo petri qui vicem pape gerebat. xciii. di. c. vlt. xciiii. di. c. i.

d Suus nūci⁹. ar. ꝙ ſimplici nūcio credēdū ē ēt i alteri⁹ ꝑiudicio. ff. de re. eo. qui ſub tuto. vel cura. l. magis. §. illō. ar. ɔ. ſ̄. ō offi. lega. ꝑudētiā: q: dī ibi: ꝑ certū nūciū litteratorie deſtinatū: ⁊ vni teſti in alteri⁹ ꝑindiciū credi nō dȝ. ſ̄. ō teſti. veniēs. i. ⁊. c. lȝ. nūcio tñ publico iurato fidelit̄ ereq officiū ſuū bñ credit̄ circa citatōes. alit̄ ñ crederet̄. ar. ſ̄. de ꝓſūp. illud. ſ̄. de ꝓſcrip. ad audiētiā. ⁊. arg. ꝓdicte. l.

e Obtētu appellatōis. ⁊ ſic duplici defenſione defēdebat̄ iſte: auctoritate regis ⁊ ꝑ appellationē: q: nemo ꝓhibet̄ plurib⁹ defēſionib⁹ vti. ff. de excep. nemo. ⁊. ſ̄. ō ꝓſcrip. auditis. Preterea ſi appellatio tenuit ⁊ cardinalis ſciuit illū appellaſſe: ſnīa cardinalis nō tenuit. ſ̄. e. ſi duob⁹. Quare ḡ papa nō admittit talē appellationē: q: nō ɔſtabat ꝙ appellaſſet. vel q: iuſta fuiſſȝ appellatio lȝ allegaret: ⁊ poti⁹ debuit credi cardinali ⁊ nūcio q̄ illi q h̄ tātū allegabat. ⁊ ꝑterea debuit ire ⁊ allegare ꝑuilegiū ſuū. ff. de iudi. ſi qs ex aliena. ⁊. ſ̄. eo. ſi duob⁹. maxime ſi in vna legatōe inueniebatur. ff. de iuriſdic. om. iudi. l. vlt. ar. a contratrio ſenſu.

f Oſtēſur⁹. ſȝ q̄re papa mādat ꝙ veniat ad curiā cū cardinalis excipiat ɔ eū: ut vī ꝑ id qō dicit i ꝑncipio ꝙ paruus erat petitiōes illi⁹ admittē. ſȝ ꝑ exceptionē repelli tātū debuit nō puniri. ſ̄ de or. cog. c. ii. Cardinalis nō excipiebat ēt ſimpliciter imo denunciabat dño pape cōtumaciā ſuā ⁊ excōicationē ſuā ut inde puniret̄ ⁊ repelleret̄ a petitionibus ſuis tanq̄ excōicatus: q̄re papa ipſū non audiuit ꝓpter excōicationē ⁊ ꝓpter cōtumaciā ⁊ contēptū ſedis apoſtolice vocat ipſum ad apoſtolicā ſedē. j. de accu. veniens in fi.

g Ad hec. ⁊ poſtea appellant. Sȝ q̄re nō cōpellunt̄ ꝑciſe etiā ſtare iudicio eccleſie ſm ꝙ iurauerunt? idō nō cōpellunt quia grauabāt̄: aliter non admittit̄ hodie appellatio. j. e. ut debit⁹: ⁊ ideo non videt̄ deferere iuramentū: cū ex iuſta cā dimittat illō ff. qui ſatiſda. cog. l. vlt.

h Infra. xl. nō artatur ad h̄ niſi ſm ꝙ viſum fuerit iudici ut. ſ̄. e. cum ſit romana.

i Iter arripere. Hic ꝑfigitur terminus ad iter arripiēdum: ſic. ſ̄. e. perſonas.

k Proſequēdā. Cōtra. j. e. c. ꝓx. ſed ſoluit̄ ibi.

l Queſtioni deferēdū. ſ̄. c. ꝓx. ɔ. ibi iuſta de cā appellauit: h̄ cā ſubterfugii: ut lr̃a dicit: ⁊ lr̃a ſoluit contra vel ſic intellige diuerſitatem iſtarū decre. ibi iurauit ſtare iudicio eccleſie: q: ꝓpter contumaciā fuerat excōicatus. ⁊ licet appellet ex cā ꝓbabili: iudicio ſtare intelligit̄ q: facit qō ius ſibi permittit. j. e. ut debitus. ar. ff. iudi. ſol. l. cū apō ⁊. ff. rē ra. ha. l. iii. §. falſus. h̄ erat excōicatus ꝓ aliquo delicto iquo iacebat. q: forte idē detinebat vxorē alterius: ⁊ ſuper hoc iurauit ſtare mādatiſ eccleſie: ſed ſtatim ante mandatum vel mādato facto: ꝙ illā vlterius dimitteret icontinenti appellauit: tali appellationi nō eſt aliquatenus deferendū: q: preiudicat iuramēto ſuo: ⁊ hoc ſatis pōt colligi ex ipſa lr̃a: ubi dicit appellatiōi que iuramēto ei⁹ debeat derogare: q: ſine iuramēto tali appellationi nō ē deferēdū: ꝑ quam in ſua iniquitate remaneat. j. e. ꝓx. ⁊. ſ̄. e. conſuluit. ⁊. c. cū ſit romana. in fi.

m Reducēdus. ſic. j. de ſen. ex. ſacro. verſus fi. ſ̄. de offi. ordi. ad repmēdā. i fi. Sȝ nūquid iterū recipiet̄ iuramētū ab eo ſtādi mādato eccleſie: cū iā ſemel deierauit? Lau. dixit ꝙ ſic. ⁊ eſt ar. opinionum. ſ̄. de ma. ⁊ obe. cū in eccleſiis. ar. contra. xxii. q. v. puuli. ⁊. vi. q. i. quicūq;. ⁊. ſ̄. de ꝓſūp. lr̃as. ſed ibi nō admittit̄ ad iuramētū ut poſſit teſtificari ꝓ aliquo i opprobriū ipſoꝝ qui periuri ſunt. ſic. ſ̄. de teſti. teſtimoniū. Itē ar. ɔ. ii. q. vii. nō poteſt: ſed illud intelligit̄ anteq̄ peniteat. T. dicebat: ꝙ aliā cautionē debeat ab iſto recipe preter iuramētū. ſ. fideiuſſoriam cautionē vel pignoraticiā. ff. mā. l. ſi mādato. §. vlt. ⁊. ff. de fideicō. liber. l. iii. §. adiici. ar. illius decre. lr̃as: ſed illud loquit̄ cū ſuſpectus ē de hereſi: vn de eccleſia recipit fideiuſſoriam cautionem ad dānum illius: ⁊ ala. hoc idem ſentiebat. argu. ſ̄. de procu. c. i. ⁊. ſ̄. de preſump. ſcribam. Dico cū lau. ꝙ iterū iſti iurabunt in cōfuſionē ipſoꝝ ⁊ q: forma eſt talis: ꝙ cū iuramēto abſoluat̄ j. de ſen. excō. ex tenore. ⁊. c. cū deſideres. in fi. ⁊. c. ſuper eo.

n Quod pro poſſe. alias non compellitur. xiiii. q. vi. ſi res. ⁊. xxiii. q. viii. peſſimam. j. de vſu. cum tu. quia impoſſibile preceptum nō obligat. ff. que ſen. ſine ap. reſcin. paulus. ſi. ſ̄. de pac. c. ult. her.

a Preterea. grauia. maxie quoniā ſi ſuper articulo aliquo appellatio facta ē. ad ea que poſtea emergunt nō extēdit̄: q: in alijs remanet ſub iuriſdictione iudicis ſui. j. e. propoſuit. ⁊. ſ̄. e. cum teneamur ergo multo fortius appellatio illos non defendit in enormibus. ut. j. e. ꝓpoſuit.

b Iniquitate. ſic. ſ̄. e. c. ad noſtrā. ⁊. cum ſit. in fi. ⁊. c. peruenit. ⁊. c. conſuluit

c Conſtitutis. excommunicationis. idem eſſet ſi ſuſpenſus eſſet: nā ſuſpenſi ⁊ excommunicati nec eligere nec eligi poſſunt ſupra de conſue. cum dilectus. ⁊. ſ̄. de elec. cum inter. ⁊. ⁊. ix. q. i. nos in hominem ar. contra. j. de cle. excom. mi. ſi celebrat ſed ibi ſoluitur.

d Nominationem ſi fuit ſimplex nominatio nullum ius fuit acquiſitū nominato. ſ̄. de elec. ꝙ ſicut. ⁊. ii. q. vi. nominationes. vnde nullum potuit impedimentum preſtare ſequenti electione.

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

e ¶ Maioris.ſ̄.de elec.q: ꝓpter.⁊.c.eccleſia veſtra:ubi de hoc

f ¶ Nō obſtāte appellatione:q: fruſtra iploꝛat legis auxilium qui cōmittit i legem.j.e.an ſit.j.de vſur.q: fruſtra.ff.de mino.auxiliū.in fi.ſ̄.ð elec. bone.j. de immu.eccle.c.vlt.⁊.C.de re.credi.gnāliter.§.i.ar.cōtra.ſ̄.de elec. cōſideravimus.⁊.c.auditis.Dicas ꝙ h prioꝛ nominatio ſiue fuerit electio ſiue nominatio:nulla fuit tribus de cauſis:q: poſt appellationem interpoſitā ⁊ poſt denunciationē excōicationis:cū excōicati electio ipſo iure nulla ſit: ⁊ a lōge minori pte: alia vō q̄ ſi a tota eccleſia.vnde merito preualuit:⁊ appellationē obiicere ille nō poterat cum ipſe appellationi non detulerit:ut ſ̄.de elec.bone.⁊.j.e.an ſit.

g ¶ Propoſuit.in aliis. Et ita patet:ꝙ appellatio nō eximit appellātē a iuriſdictione iudicis:niſi i eo tātum ſup quo appellaŧ.ſ̄.e. cum teneamur.⁊.c.ad hoc.⁊.j.e.paſtoralis.§.verum.

h ¶ Non dꝫ.hoc verbum debet neceſſitatē impoꝛtat ſ.xi. q.iii.debēt. vnde ſi appellās vult eum recuſare pōt: q: ſuſpectus eſt:ut hic dicit.⁊.ſ̄.e. ad hec.alioquin ſi nollet eum recuſare:tenetur corā illo reſpōdere:q: ſuus iudex ē. Sꝫ quid ſi appellaui a delegato: ⁊ pendēte appellatione iterū datur iudex cōtra me in alia cā.nunquid potero ipſum recuſare ꝓpter ipſā appellatōꝫ dicas ꝙ ſic.ar.iſtiuſ.c.Dicas ꝙ hec recuſatio pendēte poꝛi appellationi eſt i pendēti:naꝫ ſi ꝓnuncieŧ appellationem tenuiſſe:apparet ꝙ eum grauauit:⁊ ſic admittitur recuſatio i ſecūda cā.ar.j.e. poſtremo. Si autē pronunciaŧ male appellatum appeŧ:ꝙ illum non grauauit.vnde remittiŧ ad p̄mum iudicē.j.e.cum in eccleſia.⁊.c.ut debitus.⁊ ſic nō poterit eum recuſare in alia cā.

i ¶ Manifeſto. Habes hic ꝙ i notoꝛiis non eſt locus recuſatiōi:ſicut nec appellationi. ſ̄.e.cuꝫ ſit.⁊.c.ꝑuenit.⁊.c.cōſuluit.Arg.contra.iii.q.v.q: ſuſpecti:ſed illud de manifeſtis non notoꝛiis hic vero de manifeſto quod eſt notoꝛiuꝫ.

ſepedicti.c.proceſſerit:⁊ primicerius cum canonicis ⁊ plebāus cū aſſenſu cleri epiſcopatus:uel maioꝛis[e] ⁊ ſanioꝛis partis prenominatum.j.in epiſcopum ⁊ paſtorē elegerit:nō obſtāte[f] ap.prefati archidia.ſi ipſe ap.prius facte non detulit:electionem de prefato.j.factaꝫ auct.ap.confirmetis.

Idem eboꝛaceñ.archiepiſcopo.

Propoſuit nobis.m.cleric⁹ tuus:ꝙ ſepe contingit:ut cū aliquiſ ſuper aliqua cauſa appellat in alijs[g] cauſis in quibus nō eſt appellatum reſpondere recuſet: ſup quo.t.t.rñ.ꝙ licet ꝓ illa appellatione non minus teneatur in alijs ſuper quibus appellatum non eſt reſpondere:iudex tamē a quo appellatur:quia illi omnino ſuſpectuſ ē: cum non[h] debet ad reſpondendū ſuper alijs compellere: niſi ꝓ crimine a deo graui ⁊ manifeſto[i] quo ipſo actu merito ſit damnandus.

Idem cāuarieñ.archiepiſcopo.

Qua fronte nos conſuleŧ uale as non uidemus cum dicariſ ordinem iuris peruertere[a].iaꝫ.ꝑ. nō i eccleſia:ſicut eſt canonicum[b] ⁊ honeſtum: nō etiam in palatio nō in camera tua ſed in camera regis contra debituꝫ[c] iuris ⁊ pōtificalis officij dignitatē epiſcopoꝝ electiones clericis cōfirmare:⁊ iſra. Sane ſi quis pro contumacia uel alia qualibet[d] cauſa interdicto uel excōmūicatione teneŧ aſtrict⁹:⁊ offert ſe ad iuſticiam:de his pro quibus ſententiā ipſam excepit:iudex euꝫ ne in excomunicatiōe deced āt[e] abſoluere poterit:etiaꝫ ſi parſ aduerſa ne abſoluatur ap.obſtaculum interponat ab ipſo tamen ante abſo-

a ¶ Qua fronte ꝑuertere. Quam iure poſſet ei dici peccaſti quieſce.arg.iii.q.vii.§.tria.⁊.§.ſunt āt verū.idem teſtatur.

b ¶ Canonicum q: huiuſmodi ſpiritualia i eccleſia:ſiue capitulis ad hoc deputatis fieri debēt.xxiii.di.in noīe.ſ̄.ii.q.vii.p̄ceptum.⁊.xxiii.q.vlt.conuenioꝛ. ⁊.ſ̄.de electio.cū terra.⁊.c.ꝙ ſicut.vii.de imu.ec.c.i.⁊.c.cum eccleſia.arg.ʒ̄.

c ¶ Debitum iuris.Cōfirmatio.n.cauſe cognitionē deſiderat ut.xxiii.di.illō. xlvii.di.de petro ⁊ iō de plano expediri non pōt.iii.q.iii.§.ſpacium ⁊.§.a iudice.⁊.ii.q.iii.§.notandum.v̄.itē ꝑ tribunali ⁊ non de plano.⁊.ff.de offi.proconſul.nec quicq̄.C.de ſen.⁊ interlo.om.iudi.cum ſñiam.ff.de regu.iuris. omnia quecunqꝫ ⁊ talia fieri nō debēt:niſi p̄miſſa diligenti examinatione tā perſone q̄ de modo electionis.ſ̄.de elec.nihil eſt.⁊ fieri non debēt ſine conſilio capituli ſui.vel maioꝛis ptis.j.ð his que fi.a p̄la.ſiñ ꝯſē.c. nouit.⁊.c.q̄to.

d ¶ Qualibet non manifeſta:q: ſi aliquis eſt excommunicatus pro manifeſta offenſa non abſoluitur ante ſatiſfactionē.j.de v̄.ſig.ex pte.

e ¶ Decedāt.q: ꝓpter peccatum hō citius ēt minori p̄ſumiŧ.xi.q.iii. epiſcopi ſi ſacerdotali.in fi.⁊ ar.xii.q.i.c.ii.tollit deus malos de medio: ne peccatum eoꝝ augeatur.xxiii.q.iiii.ca.in dicta.v̄.magni ſacti viri.ſicut tollit bonos ne malicia mutet intellectum eoꝝ de pe.di.iiii.ſi ex bono.⁊ ideo ꝓpter periculū moꝛtis non admittiŧ hic appellatio:nec in his que dilationē non capiunt: ut ſus.C.de ſepul.vio.l.vlt.⁊.ff.ð fe.l.i.§.ii.⁊.l.ſolet. Preterea nihil deperit aduerſario ſi abſoluaŧ ⁊ ei ꝓdeſt:quo caſu non ē eius malicie indulgendum.ff. de rei ven.in fundo.⁊.ff.de aqua.plu.ar.in ſumma.§.item varus: ſic propē periculum moꝛtis citius abſoluiŧ.j.de ſen.ex.ſacro.⁊.c.nuper.

f ¶ Cautione.ergo non iuratoꝛia:q: nomine cautionis ſimplex ꝓmiſſio intelligitur.C.de v̄.ſig.ſancimus:imo iuratoꝛia cautio preſtatur i abſolutione.cum illa ſit foꝛma eccleſie generaliŧ ſtatuta.j.ð ſen.ex.ex tenoꝛe.⁊.c.cum deſideres ⁊.c.ſup eo.imo in caſu iſto cum excōicaŧ quis:q: non paret iuri:non dꝫ abſolui:niſi p̄ſtita cautione ſufficienti:ꝙ iuri parebit:ſicut cum reſtituiŧ poſſeſſio.ſ̄. de ſequeſtrati.c.i. in fi.ſed in aliis excōicationib⁹ ſufficit iuratoꝛia:alias videreŧ fieri iniuria aduerſari.

lutioneꝫ ſufficienti cautione[f] recepta:ꝙ uel in preſentia ro.pō.ad cuius audientiā appellatur:ſi maluerit aduerſarius uel corā iudice cui cauſam delegauerit iuris pareat equitati. ¶ De his etiā qui cōqueruntŧ[g] ſe irrationabiliter excomunicationi uel interdicto ſuppoſitos: illud[h] idem dicimus:etiā ſi hi qui huiuſmodi ꝓtulerunt ſentētiaꝫ ad ſe apo.duxerint appellandū. Idē in concil.laŧ.

Reprehēſibilis:⁊ iſra.preſenti decreto ſtatuimus: ut nec prelati: niſi canonica cōmotione premiſſa: ſuſpēſionis uel excōmunicationis ſententiā proferant[k] in ſubiectos: niſi foꝛte talis ſit culpa que ipſo[l] ſuo facto ſuſpēſionis uel excōmunicationis penā inducat: nec[m] ſubiecti cōtra diſciplinā eccleſiaſticā in uoceꝫ ap. erumpant.

¶ Si uero quiſquā ꝓ ſui neceſſitate crediderit appellanduꝫ: cōpetēs[n] ei ad ꝓſequēdam appellationē terminus prefigatur: infra quē ſi foꝛte ꝓſequi neglexerit.tūc epiſcop⁹[o] libere ſua auctoꝛitate utaŧ. Si aūt i quocūqꝫ negocio aliquis appellauerit:⁊ eo qui appellat⁹ fuerit ueniēte:qui appellat uenire neglexerit:ſiquid ꝓpriū[p] habuerit: cōpetēteꝫ illi recōpēſationeꝫ faciat expēſaꝝ:ut hoc ſaltē timoꝛe territus in grauamē alteri⁹ nō facile quis appellet. Precipue uero hoc in religioſis uolumus obſeruari.ne religioſi cū ꝓ aliquo exceſſu fuerit cōrigēdi ꝯtra regularē[q] prelati ſui et capituli diſciplinā appellare preſumant: ſed humiliter ac deuote ſuſcipiant:quod pro ſalute ſua fuerit eiſdem iniunctuꝫ. Idem.

g ¶ Conqueruntŧ coꝛā ſupioꝛe excōicatoꝛis qui ꝑ ſimplicē querelā de excōicatione cognoſcē pōt ſ̄.de fo.ꝯ.ad repꝛimendā.⁊.j. de ſen. ex.ſacro.

h ¶ Illud idē.ꝙ abſoluaŧ.ſ.non obſtāte appellatione illi⁹ qui ipſū excōicauit Arg.ʒ̄.j.e.ſollicitudinē. Solu.ibi.

i ¶ Reprehenſibilis. commotione:terna ſcilicet illa:enim dicitur.canonica. xvi. q. vii. omnes decime.⁊.xvii q.iiii.de preſbyteroꝛum.de canonica admonitione habes ſupra ð iudi.nouit ⁊.ii.q.i.ſi peccauerit ⁊ ſi quis ea omiſſa aliquem excommunicauerit ꝑ vnum menſem ingreſſum eccleſie ſibi nouerit interdictum infra ð ſen.ex. ſacro.⁊ in odium p̄latoꝛum qui excommunicabant non p̄miſſa admonitione contra iſtud concil. emanauit illa conſtitutio. ſacro ⁊.c. cum medicinalis. que imponit ipſo iure penam illam prelatis.

